



Sala
Gab.
Est.
Tab.
N.º

R

13

16

R

13

16



THOMÆ
RODERICI à VEIGA
EBORENSIS,

*Commentarij in libros Claud. Galeni
duos, de februm dif-*

ferentijs.



Cum facultate supremi Senatus sanctæ
Inquisitionis, & Ordinarij.

CONIMBRICÆ.

Apud Ioannem Barrerium,
Typographum Regium.

Anno Domini,

1578.



O S liuros do Doctor Thomas Roiz, de Differentijs februm, & de Simplicium medicamentis, não tem cousa algũa contra a fee, nem doutrina jancta da igreja, porque tudo he medicina: Podelhe Vossa Alteza dar licença pera se Imprimirem. A vintoyto de Abril, de 1578.

Frey Antonio de São Domingos.

V Ista a informação podem se Imprimir: & hũ dos nouamente Impressos torne a esta mesa antes de correrem, pera se cõferir com o original. Em Lisboa 23. de Junho 1578. Manoel Antunez Secretario do Conselho geral o fez. E este despacho se Imprimirá no principio do Liuro.

Manoel de Coadros.

Paulo Afonso.

Dom Miguel de Castro.

Antonio Tellez.

Dom frey Antonio, Bispo de Martyria.

PRÆFATIO AD BENIG-
nos Lectores.



Tā puto, benignissimi lectores
(cōmunicanda est enim vobis
cum scriptorū meorum ratio)
omnibus qui vel verbo vel scri-
pto suscipiunt scientiarum dif-
ficultates veritatis lima expendere, & initan-
tibus indubitatas facere, summopere conten-
dendum esse, & votis omnibus expetendum,
à summo bonorum omnium largitore Deo, ut
à mentibus nostris exterminet duos illos veri-
tatis scopulos, & infensissimos hostes, aditum
nobis certi firmique impediētes: ambitionem
dico, & animi abiectiōē pusillanimitatēque.
Quorum primū, tantopere auersatus est Gal.
noster, ut perpetuo circumferret sententiam illā
cum primis amplectēdā, non tantū philosophis
aut artificibus, sed & hominibus omnibus: Am-
bitio perdidit artes: Et (quod magis dolendum
est

P R Æ F A T I O

est, etiam fidē & mores. Dum enim homines mundo affixi gloriam hominum aucupantur, quam nouis sectis & gloriosorum virorum calumnijs consequuturos se sperant, nec ferentes colla subdere sanctis maiorum institutis, traditi sunt in reprobum sensum: ex cogitantes sectas, opinionesque reprobas, quarū se prodant authores: ducentes post se plebem ignorantia obcæcatam, in suam & illorum perditionem. Alterū illud vitiū seruilis animi abiectique, visitur in his, quæ nec à domino, nec à sanctis eius nobis tradita sunt, sed sola naturali solertia inuenta. Dum enim à maiorum placitis, ne transuersum quidem vuguem recedere audeamus: sed misera captiuitate iurantes in verba magistrorum, veritati magis quā præiudicatæ illorum authoritati terga damus, mirum dictu est, quanti progressus scientiarum retardati sunt: quam fædi lapsus in omnium scientiarū genere perēnauerint, à magistris ad discipulos

miserā

P R A E F A T I O

*miseram contagione corruati: memine audente
 quod superior dixerit in rationis examē trabea-
 re: sed instar irrationalium, aut caprarū, aut
 formicarum, qua primum data porta est grega-
 tim ruentes. Et cum sint ex illis multi ingenio
 & diligentia superioribus, aut æquales, aut
 etiam maiores, ita se constituerunt emptitios
 non solum priscorum, sed etiam corruptorum li-
 brorum seruos, vt non dico sententiam vnā
 ex innumeris, aut mutare, aut perficere, sed nec
 literam vnā librarij incuria vitiatā, noua-
 re vspsiam ausi sint. Cum tamen plurima nobis
 dies diei magistra detexerit: regiones nuper
 inuentæ, priscis ignoratæ monstrauerint, me-
 dicamēta diuino munere proxime delata perfe-
 cerint, demum mens ipsa maiorum præceptis
 imbuta excogitauerit. Quæ dum breui multi
 iugam illorum doctrinam ebiberit, & potest
 & debet, sine illorum incuria, & sine nostra
 iactantia, multa mutare: non pauca adijcere il-
 lorum*

P R A E F A T I O

Libro.
Quod op-
timus me-
dicus.

D. prof-
per. 2. de
vita cō-
templati-
ua. In
præfati.

lorum monumentis. Quæ omnia ignavia hac
& seruili timore pereunt. Expetamus igitur à
domino feruentissimum solius veritatis amo-
rem. Nec suspicientes in vniuersum hominẽ
quempiam ab illo citra rationem pendeamus:
nec vllum ita dispicientes, vt non quãdoque il-
lius bene dicta humili animo suscipiamus: sed
etiam in vilibus authoribus quasi margaritas
in luto quærentes, vasa Ægyptiorum cõmutes-
mus in templum Dei. Non diffidamus lar-
gissimo datori, quasi effata iam sit natura, aut
abbreviata manus domini: cum fons ille aquæ
viuæ multo plura scientiarum fluentia sibi re-
condita habeat, vbi libuerit in posteros effudẽ-
da, quam hætenus in illos effuderit. Nec i-
mitemur eos, qui in disciplinis tradẽdis (quod
quidam diuorum verissime scribit) magis quis
dicat, quã quid dicat attendunt: nec rationem
dictorum, sed dignitatem dicentium praua exa-
minatione discutiunt: paratiores aliquid do-
ctrinæ,

P R Æ F A T I O

Erina, & quã scire cupiunt ignorare, quam à
 persona inferiore cognoscere: cum veritas vnde
 cūque claruerit non sit ingenio humano deputã
 da, sed deo: nec aliquorū deãt credi, sed omniū.
 Quæ per se tanta & talis est, vt non sit tunc
 magna si eam magni docuerint: sed potius ipsa
 magnos faciat eos à quibus doceri, vel disci po-
 tuerit. Ego quidē ita dicentibus credo. Scio quã
 multi eruditissimi viri in docēdo peccauerint et
 scribendo, licentia & pruritu veteres calūniã
 di, Arabes insectãdi, Gal. mordendi, & ipsi
 mutuo se ipsos conficiendi: Rursum: quã multi
 propter inertiam, & animi ignauitiã non pro-
 mouerint, quò cū veritate, & multa laude pro-
 moueri potuissent. Perpetuo postulavi medio-
 critatem hanc, & à duobis illis veritatis inue-
 niendæ obicibus purgationē: Quantū impetra-
 uerim, nouit qui dedit: iudicabitis & vos, sed
 sine ambitione, & abiectiōe: vt & vos veri-
 tatem assequamini. Accusabūt alij, quod licen-

P R A E F A T I O

In præfa-
tione.

tiosius quam decet explanatorē euagatus sim,
in inquirendo eorū quæ ab authore scribuntur ve-
ritate, quandoque eti, aut mutanda, aut adden-
da. Sed (vt mittamus quid explanatoris dictio
polliceatur, quid Gal. in cōmētarijs suis egerit,
quid in lib. de fracturis de explanatoris mune-
re scripserit, quo grāmatici in enarrandis scrip-
toribus aspirent: quicūque suscipiūt aliena ope-
ra interpretanda, ita potissimum utiles legen-
tibus fore arbitror: si vnā propositorū veri-
tatem, ceu scopum sibi statuunt inueniendam.
Quemadmodū enim in illustranda domo lux,
oleum, & elychnium conueniāt oportet: ita in
excolenda anima dogmatibus quibusque, veri-
tas instar lucis supremū obtinet locum: ratio-
num pondera olei exemplo sub ministrant in-
dagandæ veritati materiam: liber, elychnij mo-
re coercet nos, ne longius ab authoris instituto
euagemur. Valete.

DE DIFFERENTIIS FEBRIUM
THOMÆ RODERICI

A VEIGA EBORENSIS,

Commentarij in libros Clau. Galeni duos, de fe-
brium differentijs.



HPLICANDA SUMULAUCO-
po, loco in arte, vtilitas, diuisio.

De primo, licet titulus so-
las differentias polliceatur, tra-
dit tamen differentias, causas,
& signa febrium: quod ante fe-
cerat de omni morbo, in libris de morbo & sym-
ptomate. Separatim autem tradit Galenus theo-
ricam febrium à methodo curatoria earum, & rur-
sum separatim à methodo partem pharmacheu-
ticam, separatim item dieteticam: eo quod ita
exactius, & sine repetitiōe, traditur doctrina de sin-
gulis partibus, prolixius licet. Nā vim alimento-
rum ad victum, multis docet voluminibus: multo
pluribus vim medicamentorum, tum simpliciu,
tum compositorū: hīc agnoscit febres, methodum
vero curatoriam, idest applicationem vtriusq; in-
strumenti ad febres, seorsum lib. therapeutice plu-

A ribus.

ribus. Vulgares vero practicae tradunt haec omnia simul & breuius, sed minus exacte, & cum repetitionibus. In ordine tamen scribendi, est quod in Galeno desideremus medici, quibus necesse est omnia artis precepta breui inuenire: prestaret enim in vno opere instar libri Dioclis cui titulus est affectus, causa, curatio, ita Galenum vno volumine omnia colligere quae ad febres attinent. Alterum est, quod nec signa ipsa & causas, vno hoc opere omnes completitur; sed ex ijs etiam in multis relegat lectorem, ad libros crisium, & de arte ad Glauconem, & de morbo & symptomate, & de typis. Sicut alimentorum naturam, vltra libros de alimentorum facultatibus, tradit libris de euchymia, & de attenuante victu, & de dissolutione continua, & de sanitate tuenda.

De secundo, succedit hic liber, sicut species ad genus ad libros de locis, & de morbo & symptomate, in quorum priore traditur cognitio affectuum per varias partes corporis, in posteriore per varias essentias morborum.

De tertio, vtilissima est tractatio. Est enim febris morbus & frequentissimus, & periculosissimus. Nam in prooemio acutorum, (vbi nulla pestilens
consti-

constitutio vagatur, qui pereunt, fere ab acutis febribus pereunt.) & non solū in se est magnus morbus, sed comitatur etiam alios morbos omnes, vbi in grauescunt: ideo non tolerat medici ignorantiam, ait Isacius initio febrium.

De quarto, diuiditur in lib. duos. Prior agit de febribus simplicibus omnibus, posterior de putridis particularim. Primus cōstat sectionib⁹ quinque.

¶ Prima, docet omnium febrium differentias.

¶ Secunda, causas.

¶ Tertia, signa diariæ.

¶ Quarta, signa putridæ generalia.

¶ Quinta, differit de hecticis febribus.

SECTIO PRIMA.

CAP. I.

PRæsenti sectione. Primo, refert errores priscorū in diuidenda febre. Secundo, ostendit hypp. excelluisse reliquos medicos indiuidendo. §. (licet hypp.) Tertio, diuidit iuxta propriam sententiam §. (caloris autem.) Quarto, soluit dubitationē, ortam ex dictis. §. (incipit igitur.)

Febrium differentia.

¶ Refert errata priscorum in diuidenda febre.

Aduerte primo. vtitur Galen⁹ nomine substā-

A ij

tia

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

tię concedēs aliquas febris differentias substantiales vocari, in cōmuniōri significato, pro esētia cuiusque rei, licet sit accidens vt febris. 7. de placitis. r. d.

Aduerte secundo. errabant diuidentes medici primo errore, quia licet recenserent essentialia febrivm differentias, omittebant tamen aliquas ex illis. Secundi essentialibus addebant accidentalem aliquam, sumptam ex parte affecta, vel ex iuncto symphomate: cum oporteat iuxta solēnem veterum morem. 3. therapeutice. 4. de singulo affectu, symphomate, & membro, per se agere, non cōplicare varia. Tertij, omnium pessimi, omittentes essentialia omnes, solas accidentales memorabāt. Ita primi deficiebant in numero differentiarum, secundi abundabant, tertij errabant, sumētes alienas pro proprijs febrivm. Hęc est Galeni sententia, licet multi secūs interpretentur. Quod autem attinet ad contextum, prius numerat errata duo, alterum maius prætermittentium vtilia differentias, vel essentialia: alterum minus, addentium inutilia, vel accidentaria: minus enim mali est in excessu inutilis, quā in defectu vtilis. Post diuidit primū membrum: quidam omittebant oēs essentialia maximo errore, alij aliquas, minore: exēplum

maxi-

maximi errati, febriū alia diurnæ, alia nocturnæ.
 Exéplum secundi, febriū alia diariæ, alia hæcticæ.
 Tertij, alia diariæ, alia putridæ, alia hæcticæ, non-
 nullæ diurnæ, alia nocturnæ. Tantū autem putat
 Gale. sitū esse, in bene diuidedo, vt scribat in proce-
 mio ad Glauconé, causam errandi in hac arte, esse
 malam diuisioné, & i. acutorum. 13. eandē causam
 putat esse, cur medici inter se discrepent; dum ma-
 le diuidétes sumūt frequentia quasi sint perpetua.
 Aduerte tertio, quæri potest, cur non definiat
 Gale. febrem arte diuisioné, iuxta institutū Arist.
 Auic. & Ciceronis, initio officiorum. Dic. ex. 4. de
 differentijs pulsium. 2. non placet Gale. ea consue-
 tudo, quādo nominis finitio, vel nota est audiētib⁹,
 vel explicatur citra difficultates definiēdi, per ali-
 quot circumscriptiones. Finitio aut essentialis, mul-
 to clarius inquiritur processu operis, per demon-
 stratiōes, & certius: siquidem finitio essentialis de-
 monstrari non potest. 2. post. 7. Cur ergo in lib. de
 morborum differentijs, præ inquirat morbi finitio-
 nem? dic. quia non constabat de notione morbi, nū
 habeat pro genere, læsam actioné, an causam læsæ
 actionis: de notione autem febris, omnibus constat
 contineri sub calore.

(Licet Hyppo.)

¶ Ostenditur hyppo. excelluisse reliquos medicos
in diuidenda febre.

A Aduerte primo. Interpretes conantur aptare diuisiones has Hyppo. diuisionibus Gale-
ni à materia sumptis: cū tamen diuisiones Hypp.
sint aliæ. Proponit Hyppo. 6. epyd. sect. prima,
29. quatuor diuisiones, essentielles calori, vt tacti-
lis est. Prima diuisio, sumitur ab intensione, penes
quam, quidā calor asseritur acer, idest intēsus, alius
mitis, idest minimum mordax. Nullius enim fe-
brientis calor in totum mitis est, sed mitis appel-
latur, qui minimum mordet, secundo, presag.
38. Secunda diuisio, penes varietatem temporis in
accedendo ad tactum. Quædam febris est postin-
surgens, idest in qua acrimonia tarde occurrit
tactui: alia acuta, idest velociter infestans sua acri-
monia, sed à manu victa, idest cuius tamen acri-
monia cito cessat: quem locum multi interpretes
non assequuntur. Tertia, penes quantitatem acce-
dentis vaporis, vel enim vapor est multus, vel
paucus, vel nullus. Nam eandem intensiorem ca-
loris seruari nonnunquam, in paucis & in multo
vapore,

Prima diuisio.

Sub alia mordax
Sunt manni alia
mitis

2^a

alio no mordax
Sed post. insurgit
Sed, alia uo accen-
tuat in manu mitis

3^a

alio intēsus
alio intēsus
videt

Licet

iii A

vapore,

vapore, statuit Galenus .2. de temperamentis. 7. Quarta diuisio, iuxta qualitatem vaporis acceden-
 tis, quædam sunt falsæ, quarum vapor prurit tan-
 gentem: quædam flatuosæ quæ mandant acreum
 vaporem: quædam humectæ, ex quibus accedit
 vapor roridus. Hæ autem diuisiones sumuntur ex
 caloris essentia. addit Hyppo. subdivisiones fe-
 bris humoralis sumptas ex colore, siquidem color
 indicat humoré in corpore abundantem. 1. apho.
 2. & 4. de sanitate late. Vt itur autem nominibus
 liuidi, albi, præ rubri, & præ palidi, quoniam sim-
 pliciter rubrum, & palidum, etiam per sanitatē
 apparent.

Aduerte secundo. quod Gale. hic febrē locat sub
 genere caloris præter naturam, multis difficultati-
 bus scatet. Prima, num ois febris sit recessus a me-
 dio per calorem. Secunda, num febris ipsa sit tem-
 peries calida, an calor. Tertia, num calor febrilis di-
 stet specie a naturali. Quarta, num febris sit solus
 calor addit° naturali, an cōflatus ex vtroq;. Quin-
 ta, nū febris iungat necessario recessū per siccitatē.

De primo, Gentilis & Vgo putant, dari febrem
 sine intensione caloris supra moderatum; suffi-
 cere autem aliquid ad iunctum, per quod calor

4
 quædam falsæ
 alii sumuntur

color in febri
 efflorescit in
 moribus, si
 ve quædam
 gals 1. apho.

ait gale 6. epid.
 febrem ex calore
 præter naturam
 habet a seipso
 aut inflatur per
 aut saltem mobilis
 aspectus

1. apho. 16. ait
 febrem naturam
 adhibere ad ignem

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

naturalis operetur magis vt igneus, vel elemétalis, quam vt naturalis. id adiunctum dicunt esse vt plurimum, maiorem intensiorem caloris naturalis pristini. Potest etiam citra intensiorem, sola siccitas addita idem efficere, & ita febrem, vel vapor putridus, vel proprietas mala. Et hoc dicunt, significasse Galenum .i. Apho. 17. dicentem, febrem esse calorem in natum, mutatum in igneum: cum potuisset dicere, calorem in natum intensum. Sed est opinio reiicienda, ex ratione, ex Galeno, & ethymologia, ex ratione quidem, quia definitio nominis debet habere testimonium a vulgo. 4. de differentiis puls. 2. communi autem hominum consensu dixit. 6. epid. 24. febris appellatur calor immodicus aut totius, aut viscerum. addit. 1. pror. 7. magis febrere eos qui immodice calent in solis visceribus, quoniam deterius februnt, quam qui in toto: ex Gal. autem apparet, quoniam lib. de differentiis morborum .5. febris definitur intemperies calida: calida vero intemperies definitur intensio caloris supra moderatum, & .8. therap. 1. cum febris sit immoderata caloris, curatio est refrigeratio, & lib. de Marasmo. 5. si æger in respiratione, & pulsu, & tactu, non mōstrat excessum caloris, non febricit,

in conversione
hinc caliditas
ad unam 17. 16.

similis calida
intemperies

quod etiam Gal.
lib. 8. 16.

febrit, & .6. epid. 29. mititas, idest moderat⁹ calor, nunquam adest febrienti, & .2. naturalium. 8. in febre necessario augetur calor. Ab ethymologia vero apparet, quia febris a feruore dicitur, sicut Græce πυρετός ab igne. Præterea sequeretur iuuenes omnes febrere, quia cum pari calore habent iunctam siccitatem supra pueros. item omnis sumens venenum calidum propter proprietatem adiunctam. Nunc ad rationes aduersariorum. Ad primam .i. apho. 17. definitur febris per conuersionem natui caloris ad igneum, videlicet explicante Galeno cit. & .i. accut. 18. febris non est motus ille conuersionis, sed effectum motus, nec ideo sequitur quod dubitat Trusianus artis. 89. omnem febrem esse hæcticam, quoniam scribitur lib. de inæquali intemperie .5. terminum huius conuersionis esse hæcticam: quia aliud est mutatum hæcticæ, quod est æquale intemperamentum, aliud mutatum in igneum quod non includit æqualitatem intemperameti. per calorem autem naturalē intelligūt in concreto sanguinem & spiritum, quæ ibidem ait abundare in pueris, & reddi per febrem ignea idest moderato calidiora. Ad secundam .3. de præfag. puls. 3. scribitur, si iungitur hæctica cordis cum frigidis

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

humoribus intra cor, non apparet in pulsu febris, & tamen est febrilis morbus sine excessu caloris. dic. ibi est intensio caloris supra moderatum, cognita per actimoniam tactus, & per pulsum paulo calidiorē moderato. Et similiter satisfaciendum est ad locum. 12. therapeut. 3. de febre sincopati ex frigidis succis. maxime quia non asserimus omnem febrem necessario sentiri in pulsu, sed in omni febre iungi calorem supra moderatū. Ad tertiam, moriens ex febre cum respiratione frigida febricit. Dic. aperte scribitur de tali. 6. epid. sect. 4. penultimo, quod non febricit eo tempore, imo perit ex frigiditate cordis. id ipsum colliges ex lib. de Marcore. 5. si æger non monstrat in pulsu, respiratione, aut tactu excessum caloris, quod amplius signum superest cum febre teneri? Ad quartam, in febre colliquante presentibus signis febris in pulsu, exhibemus vinum & ova, ob defectum innati calidi: ergo datur febris cum defectu caloris. Dic. sicut robur & sanitas. 11. therap. 1. constant ex temperamento spirituum carnis & solidorum, & ex certa quantitate eorum: ita morbus potest euenire, ob intemperiam intensiōnis eorum, vel ob vitium quantitatis, vel ob vtrunque.

Sicut

Sicut in proposito ægro adest morbus cōpositus, ex defectu calidi innati in quantitate, & excessu eiusdem per intensionem: quia sicut primo apho. 15. calidum dicitur de quantitate & qualitate, ita & frigidum: quare talis æger non habet complexionem temperatam cum Vgone, sed habet duos morbos intemperamēti nempe frigidū in quantitate, & calidum in qualitate. Qui autem rigent in febre intermittente, Fernelius ait non febrile quo tempore rigent. Verum in bona parte rigoris, excessus caloris in visceribus apparet manifeste, ex intensa siti, & ex celeritate contractionis pulsus; quod si magis febricit, qui in solis visceribus ex calfactus est quam qui in toto. r. proret. 6. & .6. epyd. citato, videtur talem febrile, simul & rigere: ita vt debeat dici intemperies composita ex calore interno, & frigore externo: sicut præcedens affectus cōpositus erat ex augmento caloris intensiui & diminutione quantitatiui. Confirmatur, quia febris dicit feruorem viscerum, aptū extendi, licet non extendatur; ideo agnoscitur semper respiratione frequenti, non perpetuo pulsu, qđ in his reperitur. secundo, ex lypirijs febribus quas semper cōcedit Gale. esse febres, cū simili affectio-

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

affectione: nec distant nisi quod illic inflammatio interna trahit intro calorem; hinc a sensata acrimonia bilis, aut fuliginis introrsum fugit.

Quandiu ergo rigentes non sentiunt feruorem, & sitim in visceribus non febriunt, sicut & reliqui rigentes; alias non daretur rigor sine febre, qui tamen datur, infra. Quam primum autem sentiunt illa, licet adhuc rigeant, dicetur febrire simul & rigere, post febrire solum: aperte enim lib. de inæquali intemperie penultimo (in ipsa accessionis inuasionem aliqui febricitantium, tum riget, tum febricitant, tum ambo sentiunt, frigus inmodicum & inmodicum calorem.) Nam similiter operatur copia humorum incidens in calorem putridum viscerum hic, sicut cibus irruens in calorem naturalem, & somnus aggrediens vigilantem: hæc enim initio suffocant, & minuunt calorem & pulsum; paulo post autem etiam si duret coctio cibi, vel somnus, augetur calor inatus utrobique; licet nondum motus materiae extrosus vigeat: sic in secunda parte rigoris iam calor extraneus auctus in visceribus adest, & ideo febris, licet nondum exteriora caleant.

De secundo, Faustinus quæstiōe de febre, putat
tempe-

*lib. de febr. int.
paris. calid. in
calore*

temperamentū esse qualitātē secundā, productā de nouo extinctis quatuor primis qualitātibus. & hāc si occupat totū, & calida est, appellari febrē. In qua sentētia disputandū est primo, de essētia temperamēti. Sūt enim qui putant in actiōe mutua elementorum ad constitutionē mixti, qualitates primas non misceri in eodem subiecto adæquate, sed vnāquaque corrumpere suam contrariam, & eam primam qualitatem quæ manet post mutuas actiones, vocari temperamentū: alij credūt misceri qualitates illas cōtrarias in eodem adæquato subiecto, & eam mixtionem esse temperamentū: tertij opinantur temperamentum, esse qualitātē distinctam a quatuor primis. Sed prima sententia est improbabilis. Primo, quia in pluribus mixtis separātur partes, non solū elementales, sed & mixtæ per artificiū differētes in qualitātibus primis, vt in lacte, brassica, lente, aloē. 3. simpli. 15. & oīa mixta terreis partibus non calefaciūt, quāuis tenuibus vrant, vt piper, & Cinamomū. Secundo, nisi maneret ea pugnancia, mixta ab interno non fenescerēt, egrotarent, & perirent. Tertio, si in mixto oēs partes sunt vnus qualitatis, quomodo in obitu redeūt ad sua loca, apud hyppo. lib. de natura humana. 15. Contra secundā senten-

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

sententiã facit. Primo, qđ pugnãtia calidi ad frigidũ qua se expellũt a subjecto, est specifica & inest illis merito essẽtialis oppositiõis: ergo in quibusuis gradib⁹ pugnabũt. Secũdo, si miscẽtur calidũ in .4. & frigidũ in .4. repente euadit temperatũ, sicut cũ miscẽtur calidũ in .2. & frigidũ in .2: sed non possũt tam cito introduci quatuor gradus sicut duo: ergo tẽperies nascitur ex vicinitate contrariorũ, non ex inductione qũlitatis noue. Tert. in motu locali aẽris vel aque, apparet illa mixtio cõtrariorũ motuũ, vbi duo lapilli simul cadũt in puteũ, & tamen non põt cogitari complicatio illa contrariorũ motuũ secundum easdẽ partes adæquate: ergo nec in motu alterationis. Nulla enim ratio cogit ad hãc varietatem. Quarto, si ex .5. phy. 5. contrarietas terminorũ est causa contrarietatis motuũ, maior ergo erit pugnãtia extremorũ quam motuũ: atqui duo motus cõtrarij sunt incõpatibiles: magis ergo erunt incõpatibiles cõtrariæ qualitates. Quinto, non repugnat dari calorem intensiorem calore ignis; cum ergo solus calor summus non patiatur secum frigiditatem, & nullus sit sũmus: sequitur contra positionẽ omni calori esse per mixtam frigiditatem etiam calori ignis. Sexto, si qualitates contrariæ essent

in quo-

additio

in quouis mixto, modo quo affirmant, sequeretur
 similia in forma & gradu agere in se mutuo, quia
 frigus vnius aget in calorem alterius: quod tamen
 pugnat cum experientia. Ad rationē autem, quæ
 videtur mouisse plurimos, asserentes semper mix-
 tionem qualitatum cōtrariarum infra sūmum, vide-
 licet quæ si non esset mixta frigiditas calido vt vnu,
 quando applicaretur calido vt duo, non remitteret
 illud; quia calor non potest inducere frigiditatem:
 dic. i. in orbe inferiore non datur puritas illa elemē-
 talis: presente autem mixtione quavis qualitatum
 siue perfecta, siue imperfecta, semper adest frigi-
 ditas mixta, quæ remittat calidum in secundo. Sed
 præstantius est dicere, quod qualitas quæ vis non
 habens contrarium actiuum, semper producit si-
 bi simile, vt grauitas vt vnum addita ponderi vt
 decem, auget grauitatem, non remittit: quia nec
 grauitas, nec leuitas sunt actiua. Sic si vna con-
 trariarum est actiua, & altera non agat, sed sit
 priuatio, vt lux & tenebræ: etiam talis remissa
 non remittit intensam, sed intendit: vt lucerna
 addita faci. Vbi autem ambæ contrariæ sunt acti-
 uæ, remissa remittit intensam: non quia calor
 producit frigiditatem, remissus enim calor in
 calido

calido in .r. nec est frigiditas, nec habet mixtam
 frigiditatem: sed quia vnaquæque qualitas, inten-
 dit a similare sibi passum, si est actiua. Quare calor
 vt vnum remittit calorẽ vt duo, non quia produ-
 cit frigiditatem, sed quia assimilat sibi: & cū tam
 diuersum a calore vt vnum, sit calor vt duo, quam
 temperies, vtrumque sibi assimilat, reddens vtra-
 que calida in .r. in altero minueus calorem, in al-
 tero vero augens. Ad alteram aduersariorum ra-
 tionem. sicut autor naturæ nunquã in actione sua
 intendit corruptionem vel malum, ita neque natu-
 ra: calor ergo agens in frigus, non corrumpet frigus
 sine productione alicuius caloris, ita vt intēdat pro-
 ductionem boni: per accidens autem ob naturarũ
 incompatibilitatem, sequatur corruptio frigoris.
 Dic. sicut ars, ita & natura prior arte, semper in-
 tendit bonum, & alicuius productionem, ceu sco-
 pum: sed sæpe ad illum finem, ceu necessariũ me-
 dium, corrumpit impediencia productionem. Sic
 quando faber intendit in quadrato inducere figu-
 ram rotundam, prius corrumpit angulos, non in-
 ducens figuram rotundã, quæ in instanti sicut for-
 ma substãtialis in fine actionis inducitur: sed parã
 inductionẽ, per eam corruptionem. Sic quo vniat

pānum accōmodate ad vestem, prius secat in partes, corrumpens pristinam vnitatem: sic quo lapides vtiliter ēdificio vniantur, prius cōminuūtur in calcem: & sufficit bonitas illa vltimi finis ad probitatem operis: nam & dominus pœnas infligit hominibus, vt ducat ad gloriam. Ad tertiū: illa corruptio frigoris cum sit alteratio, nulla specie alterationis clauditur, & ita insufficiens esset numerus alterationum, quia terminus illius motus est, nec calor nec frigus, qui terminus est priuatio, & ita non ens neque terminus. Dic: appellatio inditur motibus à termino intento ab agente, licet agens non semper assequatur illum: vt quando ex albo fit rubrum, in toto tempore motus dicetur rube factio, licet nullus rubor adsit: sic in proposito, motus ille dicetur calefactio, à fine postremo intēto. Potest etiam dici, quod actio qualitatum habentium contrarium, quādoque est productio, quando passum est temperatum: quandoq; corruptio, quando passum est contrarium. In casu ergo argumenti dicitur motus corruptiuus temperatio, sicut quando fit actio calidi intemperatum dicitur calefactio, vtrobique sumpta appellatione à fine: quo modo etiā vulgus solet illa ambo appellare modo dicēs,

Tēperies
num qua
litas quī-
ta.

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

calidiori quod erat temperatum, modo temperari
 quod algebat. Est autem magna argumentum,
 ita sensisse veteres de coitu contrariorum in vno sub-
 iecto, quod tangant se per minima non simul adæ-
 quate miscantur, quod Gal. lib. de inæquali. intem-
 perie penult. vbi valde conatur inuenire modos hu-
 ius complicationis, solum numerat frigus petuitæ
 iunctum calori bilis per minimas partes et tangen-
 tia, aut partes petuitæ non putretis eum putrentibus:
 in eodem vero subiecto adæquate, ne imaginatus
 quidem est. item reliquarum qualitatum oppositio-
 nes sola applicatione extremorum iunguntur, vt al-
 bum quando mixture nigri remittitur in albedi-
 ne, vt dulce permixto amaro, vt fragrans permi-
 stum fetido. Tertia sententia affirmat complexio-
 nem esse quintam qualitatem simplicem, distin-
 ctam a quatuor primis. habet autem rationes ad-
 uersantes. primam: quinto apho. 62. explicat Gal. ver-
 bum Hippo. (quæcumque ex vtrisque modice tempe-
 rata sunt) scilicet oppositionibus: cum sit multo facilior in-
 terpretatio (ex vtrisque) complexionibus: vna me-
 dia adhibarum, altera media passuarum, si admit-
 teret illas qualitates quintas quas vocant comple-
 xiones. Secunda: calor excedens frigiditatem, per

supra
 in
 62

cal- B duos

duos gradus producit complexionem calidam, &
 excedens frigiditatem per vnum tantum, produ-
 cit complexionem temperatam, supposito quod
 complexio temperata, quæ apud medicos habet
 latitudinem, extendatur à calido vt vnum vsque
 ad frigidum vt vnum: hoc autem non videtur
 dñm, quia calor vt duo & vt vnum cum non distet
 specie, non possunt producere qualitates specifi-
 ce distantes. Tertia: complexiones ætatiuæ sunt
 variæ specie: & tamen producuntur ab vno & co-
 dem agente, nempe à calido & humido innatis.
 Quarta: complexio media actiuarum non produ-
 citur à passiuis: ergo vbi solaris calor agit in aquã
 produceretur aqua: cū fiat transitus per omnia me-
 dia vtriusque actiuarum, & non possit dari maior
 mixtio, quam radiorum solarium penetrantium
 totam aquam. Item postquam calor solaris tem-
 perauit certo concentu qualitates primas ad for-
 mam maluæ, cur non inducet formam agen-
 tem cum illo, cum illo enim solo inducitur & agit
 forma. Quinta: quia sine ea imaginatione soluun-
 tur rationes, per quas constructur talis qualitas,
 sunt autem rationes hæ: nisi daretur qualitas,
 quinta, sequeretur in quouis mixto, posse re-

pente induci formam cuiusuis alterius mixti: quia
 repente potest induci vna qualitas actiua, & altera
 passiuua, preparantes ad talem formam. Item: pi-
 tuitosus ad solem ex calfactus & exsiccat, effi-
 ceret opera temperati. Item: quodcunque mem-
 brum haberet in corpore frigiditatem & siccitatē
 ventriculi, chylificaret. Item: ligato neruo cessat
 sensus in manu, ligata arteria cessat pulsus: non pro-
 pter aliud, nisi propter defectum mandate comple-
 xionis. Hæ enim rationes solvuntur: asserendo cō-
 plexionem à qua apud Galenū mixta omnia sunt
 id quod sunt, & per quam tanquam per instrumē-
 tum formæ agunt, non esse simplicem vnā qua-
 litatem actiuam vincentem, cū altera passiuua vin-
 cente: sed esse omnia quatuor elementa, vel omnes
 quatuor qualitates in elementis, constituentia mix-
 tum certo quodam ordine, quātitate, & qualitate.
 Ille enim concentus elementorum, vel qualita-
 tum facit vnumquodque mixtum, esse diuersum
 specificè ab alio, & habere opera sibi propria, pri-
 mo de usu. 9. lib. quod nimirum mores. 3. & 1. elemēto-
 rū tertio. in quibus locis Galenus ait, (quod qui-
 dam inficiantur) tantumdem esse dicere, quatuor
 elemēta, vel quatuor qualitates, in sensu exposito.

Magistri Se
Senti

bente
 B
 manda-

mandata vero vis a crebro & corde non est cōplexio quæ paulatim mādatur, sed qualitas diuinior, instar lucis repēte diffusa. 3. de locis. 4. Cū ergo tanquam probabilius ostēsum sit in generatione mixti manere contrarias qualitates elementorum refractas, non tamen in eadem parte adæquatè: nec necessariam esse generationem quintæ qualitatis: concluditur complexionem præparantem ad formam mixti, esse concentū illum in concreto quatuor qualitatum vel elemētorum, certa quātitate, qualitate, & situ coeuntium. Et est admodum vero simile, quod sicut ad formam elementi simplicis & imperfecti, præparat vna qualitas simplex vni formis in omnibus partibus actiua & altera passiva: ita ad formam mixti entis compositi, & perfectioris præparent duæ actiuæ in varijs partibus similaribus mixti, & totidem passivæ: sicut ad formam animati multo perfectioris & magis compositi, præparant qualitates contrariæ actiuæ & passivæ, non solum in partibus similaribus, sed & in organicis: vnde definitur anima actus corporis organici. Eò fit vt mixtum non possit fieri ex vno elemento. quæ sententia videtur probabilissima de essentia temperamenti. nec oppositū cōcludit fini-

tio Auic. i. primi, referēs ex actiōe mutua minimōrum elementorū, resultare vnam cōplexionem in toto minimo mixti. Potest enī dici vna per aggregationē quatuor illorū certa proportione coeūtiū: quę est vna, quia quoduis membrū simile vnā cōplexionem habet ad hūc sensum: quę nō est aliqua primariū, sed aggregatū ex illis ōnibus: vel dicem⁹ sequutum esse Auicenam magis eam sententiā. Si ergo cōplexio non est qualitas quinta, sequitur refellēdā esse opinionē Fauētini, putātis febrem non esse calorem, sed esse cōplexionē calidā præter naturā. refellēda est itē illa sentētia, eo qđ altetū fundamentum suę opinionis, similiter est vanum. Credit enim post generationem complexiōis in mixto non manere aliquam qualitatem primariū, nec posse induci in mixtum: ea ratione quod magis pugnant, temperamentum & qualitas prima sicut medium cū extremo, quam vnum temperamentū cum alio, tanquā medium cum medio, sed duo temperamenta non possunt coire in vno mixto: ergo nec complexio cum qualitate prima. sed ostēditur posse coire. Quando applicatur ignis mixto, mixtum redditur calidius ad tactum: non propter generationem complexionis calidę, calor enim ignis.

non habet vim producendi cōplexiones: ergo propter generationem caloris. Item, quando ex ligno calefacto fit ignis, vel inducitur in lignū calor actio in ignis, & habetur intentū, vel non inducitur, & sequitur formam ignis induci, non præcedēte sua præuia dispositione, quæ est calor: quod summum est inconueniens. Quare de secundo proposito cōcludendum est, febrem esse calorem excedentem.

De tertio: multi opinantur calorem elementalē, vel ligneum vel extraneum vel putrefacientem distare specie a cælesti productiuo mixtorum omniū: in qua sententia videtur Aristoteles secundo, de generatione animalium tertio: calorem autem naturalem animalium, compositum esse ex cælesti & elementalī, multæ tamen rationes ostendunt calorem omnem quatenus calor est, esse vnius speciei. Prima: calor noster innatus putrefacit stercus in ventre, & urinam in vesica, & humores in vasis: calor tritici naturalis in aceruo putrefacit triticum: calor fermenti ex putredine acidus; coquit massam: calor stercoris putridus, naturalis est lumbrico, vel scarabeo genitis ex stercore: imo reperitur in plantis omnibus, calor ille putridus ex stercoreata terra, iam naturalis plan-

Calores
num spe-
cie distet.

tis: calor acetivus, elixatio & affatio. 4. metheo-
 rorum. 4. fiūt á calore ignis: qui tamen ignis est na-
 turalis elixis & assis, alias elixatio & affatio non es-
 sent species coctionis: & calor masticeis impositivus en-
 triculo, cum sit extraneus, coquit in ratione natura-
 lis: & si omnis calor extraneus distaret specie á natu-
 rali cuiusvis mixti, essent in numeri calores specie
 distates: quia omnis alterius mixti calor est extra-
 neus alteri speciei, & Galenus ipse paulo infra inquit:
 solaris calor in corpore insolato præter naturam est,
 non tamen febris est antequam cor caleat. Item: in-
 fra cap. 3. ira & tristitia faciunt febrem, per motum
 spiritus, & primo cris. 17. & 2. aph. 48. calor innat-
 us agitated est febris: & ex prohibita transpira-
 tione multiplicatus innatus calor, febris est: & de
 differentiis morborum, quinto, calor crurum ex am-
 bulando, si comunicetur toti febris est. Quare na-
 turale & innaturale addita calori, non dicuntentia
 realia varia, sed solas relationes vel intensiorem
 gradualem caloris. Addamus autem dictis ratio-
 nes alias. Prima: frigus opponitur omni calori, cum
 corrumpat omnem: & tantum unum est con-
 trarium. Item tactu non iudicatur hæc varietas,
 nec etiam intellectu, quoniam ad varietatem ef-
 fectuum

fectuum in his caloribus sufficit diuersitas subiecti,
 & gradus. Præterea: effectus omnium apparent in
 corpore nempe resolutio & nutritio: ergo sunt
 vnus: si enim essent plures specie, impedirent se in
 opere, ita vt vnus tantum operaretur. Postremo:
 faciunt vnum intensius: ergo sunt eiusdem spe-
 cie. Probatio assumpti, quia lapis calfactus à sole
 vel igne, missus in sinum hominis, citius intendi-
 tur in calore quam lapis temperatus. Sed satisfi-
 ciendum est locis multis in quibus Galenus appel-
 lat calorem naturalem & extraneum contrarios,
 & mutuo pugnâtes, quorum alter semper coquit,
 alter putrefacit: & in sanis ait iuuenes superare
 calore ascititio, pueros naturali: & omnem æta-
 tem per æstatem excedere ascititio, per hiemem
 naturali: & indos ascititio, germanos naturali. 1.
 de téperamentis. 2, & 3. caus. puls. 4. lib. autem de
 Maraf. 2. negat illam sententiam: calor qui nos ge-
 nuit perimit. dic: licet sint calores omnes vnus spe-
 cie in abstracto, & in eodem subiecto faciant vnū
 intensum: verum calor innatus in concreto de-
 terminat calorem ad temperiem inter frigus &
 calorem, & ad certum subiectum, nempe spiri-
 tum & sanguinem: ita enim emendandus est locus

*Et multum in loco
 distinguunt calore
 naturale et extraneum
 natura*

*2. de temperamentis
 aut inueniuntur
 omnia calores con-
 crete, sicut in
 libro*

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

8. de placitis. 13. definitur subiecto & qualitate innatum calidum, subiecto quidem spiritu & sanguine: facili lapsu pro ^{πνεύματε. φλεγμάτε}: qualitate vero, temperie inter calorem & frigus: quod si calor in sanguine & spiritu temperatus dicitur calidum innatum: multo magis dicetur calidum innatum ipsa eadem temperies caloris in semine, in carne, in solido: si quidem illa per maiorem coctionem fiunt ex sanguine & spiritulib. adversus lycum. 9. & .1. & .11. therap. 1. & .3. Ergo calor temperatus opponitur & pugnat, cum calore excedente in partibus membrorum nondum calfactis, sed quæ adhuc calefiunt, & hoc in febre diaria & putrida: cum enim non sint in eodem subiecto, non faciunt vnum. In febre vero ethica cum ambo calores naturalis .s. pristinus, & accedens febrilis, sint in omnibus membris faciunt vnum: & non pugnant nec agunt inter se: vnde hæctici non dolent, nec sentiunt se febrire, & ab intrinseco sunt insanabiles, quia non habent calorem naturalem distinctum à febrili, qui possit expellere febrem. Illi autem quos Galenus dicit abundare calore naturali, abundant sanguine & spiritu bene temperatis: quos vero dicit esse calidiores a scititio calore

*calor naturalis dicitur
in quibus a natura
est generatus in
vita et subiecto
non in se hinc*

nota

lore, habent intensum calorem in quouis subiecto. Et videntur quidem dicta ostendere, vnitatem naturæ in calore innato, & putrefaciente. De cælesti aliquanto difficilius est. Nam qui tuentur varietatem specificam caloris simplicis prædicti in luce solari, à calore elementalì ignis & aeris, addentes, tertium compositum ex vtroque, tam innatum membris singulis, quam influentem à corde, tuentur se his rationibus. Prima: Aristoteles, 2. de generatione animalium, tertio. aperte asserit, illam naturam quæ est in semine animalium, & plantarum quæ facit semina esse fœcunda, nec esse ignem, nec ab igne originem ducere: sed esse ex natura caloris cælestis: eo quod ignis nil generat, sed calor ille cælestis, vel animalis etiam in excrementis suis consistens. Accedunt rationes: Mirandulæ lib. 3. contra astrologos quarto. & Fernelij lib. de calido innato primo, ex quibus, secunda ordine est: in decrepito viget frigus supra calorem elementalem, & tamen decrepitus vivit quandiu durat calor ille viuificus, licet exiguo & minor frigiditate secum iuncta: ergo non est calor ille elementalis, oppositè frigori. Tertia: papaver, mādragora muscæ, & multa alia, collatione æqualitatis ponderis.

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

deris frigida, tamen viuūt & aluntur beneficio caloris: ergo est alius ab elementalī. Quarta: quæuis qualitas habēs contrariū, in præsentia contrarij aucti, operari non potest: quia actio fit à dominante: sed in multis plantis frigiditas superat, cū actione caloris, à quo nutritio & auctio proficiſcūtur: ergo alius est calor ille non elementalī. Quinta: Arist. de finit mortem per extinctionem innati caloris in humido: cum potuisset dicere excessum frigiditatis in mixtiōe: ergo significauit calori vitali frigus non esse contrariū, sed priuationem caloris illius, quam vocat extinctionē, sicut luci tenebras. Sexta: arsenicum & sulphur tanto calore elementalī pol- lent, vt nos vrant: & tamen tantopere destituuntur viuifico calore, vt non modo non sentiāt, & moue- antur, instar aīaliū, sed nec alātur, aut augeātur, in- star stirpiū: quia destituūtur illo alio calore. septima: cadauer habet calorē elementalē etiā validū vt vi- pera; habet cōpositionē partiū oīum similē viuēti: & tamen non viuūt ob inopiā solius huius caloris: ergo alius est. Octaua: cælestis illa qualitas tāquam vniuersalis causa concurret ad effectus inferiorum qualitātū elementalīū, cum frigiditate enim aquæ producit aquam, cum calore ignis ignem: non est

igitur

igitur vna ex quatuor, sed diuersa ab omnibus: ita vt calor de illo & de elemétali dicatur equiuoce. patiuntur tamen illę solutiones, & aduersas rationes quarum. Prima est: lux ignea producit calorem similiter luci solari: non videtur itaque cur asserantur specificè varij calores, producti ab eodem agente, idest luce. Secunda: quia in tractibus frigidis etiã oua apposita igni foecundantur, & vermes serici in sinibus foeminarum. cur auté raro ignis foecundet, causa est innata siccitas impediens formationem & nutritionem. Nec quod addit vrget, inest in anima omniũ quod facit vt foecũda sint semina, quod calor vocatur: non enim facit calor, vt foecundũ sit semen, sed vis in femine sapiens & potens formare: ea virtus tẽperamento elementalì, sicut & compositione mẽbrorũ ad opera sua vtitur. Tertia: quia eędem sunt operationes vtriusq; caloris, liquare, frigus corrumpere, attenuare, resoluerè, comburere. Quarta: quod tactus certus iudex sensilium, nil iudicat discriminis & eęque voluptuatur in calore temperati balnei, & solaris lucis. Quinta: quod varietas aliorum concurrentium in actionibus celi & animalium, sine distinctione specifica caloris, sufficit ad omnium operationum varietatem. Sexta:

vna qualitas ceu instrumentum diuersorum agē-
 tium, inducit varias admodū actiones: cum ergo
 è cœlo cōicentur inferioribus animæ facultatibus
 doctrinæ innatæ, quæ omnes cum instrumento
 caloris operatur, cur non producent actiones per-
 fectiores, actione caloris tanquā instrumētī solius
 ignis, vel solius forme mixti? Septima: calor elemē-
 talis quarto metheororum est agens generationis
 mixtorum, & perfectionis eorum, & instrumentū
 facultatum naturalium, determinatus .s. frigore:
 cur ergo non idem calor specie determinatus per
 certam moram solis producat eosdem effectus &
 maiores propter facultates diuinas à quibus diri-
 gitur. Octaua: lux non producit illū calorē in cor-
 pore cœlesti sed in elementalibus capacibus quali-
 tatū primarū: cur ergo non producat calorē simile
 formanti, coquēti, & augēti illa. Nona: calor solā-
 ris in terra paludosa producit aīalia & plātas etiā
 valde calidas: cum ergo illa cōstent quatuor qua-
 litatibus elemētalibus, fatēdū est calorē solarē esse
 eundē cū elemētali. Ad rationes oppositas, ad pri-
 mam: ita Arist. sensit cōsentiēs Platoni qui spiritū
 asserit esse medium quidā & vinculū corporis cū
 anima: sed ratio illius non probat, quod ostensum
 est.

est. Ad secundam: decrepitus uiuit, id est seruat animam, quandiu habet calorem innatum, id est spiritum cum sanguine sufficientem ad vitam: licet forte frigus excedat calorem: quod tamen calidum innatum non habet calorem distinctum specie ab elementalibus. Ad tertiam & quartam: non conceditur calorem supparem frigiditati, non operari in opere mixtorum: cum enim ille solus agat, requirens determinationem a frigore, quandoque requirit eam mixtionem maiorem, quandoque minorem: quo modo in musce generatione, & in lactis coctione, suppar calor operatur. 2. de temp. primo. in elementalibus uero actione mutua, in qua non minus agit frigus quam calor, conceditur a dominante fieri semper actionem, non in mixtis: in quibus cum solus calor agat non frigus. 4. meteoror. i. quauis dominetur frigus, fiet a calore operatio. Ad quintam: fati definitur inorsus per extinctionem innati caloris, sicut uita per mansionem innati caloris: non enim consistit uita & operari solo calore, sed innato calore, definito certo subiecto, & certo temperamento. 8. de placitis. 7. Ad. 6: uita consistit in actuali calore actu operante, qui in potentia calidis non adest. Ad. 7: compositio solaris, citra presentiam nativi calidi non sufficit

quauis frigus domine
noté in mixtis
calor e magis acti

nota

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

ad vitā. Ad .8. ad mutuā elementorū generationē
 qualitates elemētales, cū sua forma sufficiūt: quanq̃
 etiā ad illas simplices & refrigerationes & calefa-
 ctioēs non parum iuuat cęlestis calor, dū auget atte-
 nuationem, & penetrationem partium agentium,
 & raritatem patientis corporis: sicut calor noster
 actualis tam in calidis, quam in frigidis medica-
 mentis, dum ea ex potentia talibus, facit actu talia.
 Ad opera vero mixtorum perfecta, & admodū va-
 ria, eximie iuuat naturalem agētis calorem particu-
 larēq; , determinatus suo frigore cęlestis ille tan-
 quā vniuersalis ad ōnia corporis opera. Sicut enim
 influens a corde calor, non minus iuuat alitionem
 ossis ex frigido osse profectam, quam carnis ex ca-
 lida carne, quia ceu calor vniuersalis prodest omni
 coctioni & operationi animę: sic cęlestis ille calor
 ceu vniuersalis, promouet actiones innati caloris,
 tam in vnoquoq; individuo, quam in quouis mē-
 bro. Determinatur autem á calore cereasi ad matu-
 ráda cereasa, & á calore vūę ad vvas: & á calore cor-
 dis in nobis iuncto calori ossis exiguo ad nutritio-
 nem & augmentum ossis. Ex quibus duabus sen-
 tentijs, illa prior magis consonat Aristoteli, hęc ra-
 tionabiliter fugit qualitatum multiplicatē.

De quarto: Dic: siue intensio caloris in febricete fiat per intensiorem alterius caloris, quod vocant gradum, siue fiat cum beato Thoma. per maiorē fixationē in subiecto illius indiuisibilis qualitatis quā vocamus calorem, sicut sigilli vel figuræ, certū est, febrem non esse totum aggregatū. Nam morbus ad curationē requirit extirpationem totius morbi tertio, simplicium. 12: si autem auferatur totum aggregatum caloris, simul auferetur vita. Est ergo febris non solus ille gradus, vel fixio addita priori gradui vel fixationi: sed quiuis gradus caloris in febricente consideratus, vt additus præexistenti: si quidem ostensum est, ex vtroque fieri vnum calorem intensum: & adhuc sensum potest recipi, quod Auerrous definit febrem per calorem compositum: vt intelligatur quiuis gradus caloris vt additus priori, & si obijcias: ergo idem gradus est sanitas & morbus, quæ sunt contraria: dic: proprie quiuis est, causa morbi non morbus: sicut in habente duos pollices, quiuis est causa morbi in numero, & hoc est febris pro materiali, quod solum considerat medicus tanquam causam læsionis, & tanquam id quod remouibile est a medico: non dispositionem corporis conse-

Febrisnū
aggrega-
tū ex duo-
bus calo-
ribus.

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

quentem ad illius calorem, quam considerat dialecticus obseruans proprietatem verbi.

Febris nū
sit cōpo-
sita intē-
peries.

De quinto: certum est calorem omnes non solum calefacere sed & siccare, non tamen ideo, febris est intēperies cōposita ex calore & siccitate. Primo: quia potest calor, per accidēs humectate, liquefaciendo pituitam, sicut calor pomeridianus per estatē inducit somnum. Secundo: quia potest corpus incipientis febrere, esse lapsum per humiditatem, & febris reducet illud ad temperiem passiuarū. Tertio: quia licet calor corporis lædat functiones propter sui vehementiam, non tamen ideo siccitas sequens ad calorem lædet functiones momentaneæ quod requiritur ad morbum. Indicium autem nō semper iungi siccitatem febrī est, quia non semper iungitur pulsus durus infra secūdo, imo nec in ipsa hæctica semper iungitur siccitas, infra de hæctica. Nūc ad opposita: scribitur .i. problematū. 23. febrē oriri semper excessu humiditatis & caloris. Dic: agit de causa febris putridę. Ad alterum: vocat sæpe Galenus febrem affectum calidum siccum .i. accūt. 18. & 43. & lib. 4. com. 39. & i. apho. 16. Dic: significat febrem esse calorem siccantem. Ad alterum: primo, apho. 16. subuenit febrī per victum

humid-

humidum. Dic: succurrit qualitati magis periculosa, quæ est siccitas, & cui securius subuenitur: nam in exhibendis frigidis, est periculum obstructionis canalium, cruditatis humorum, & diminutiones innati caloris. siccitas vero ob exiguitatem actiuitatis, comode tolerat statim humida. Et si objicias: saltem in febre sine siccitate, non conuenient. Dic: in ratione perseruandi ab exsiccando conferunt.

(Caloris autem.)

Tradit propriam sententiam de diuisione febrium.

Aduerte primo: cum essentia febris sit calor, & calor sit species specialissima, non potest recipere diuisionem vere specificam: verum inter diuisiones accidentales quædam magis accedunt ad essentiam febris, quædam minus: & cum sumantur quædam ex varietate caloris sensati, quædam aliunde, magis propria sunt ait Galenus, quæ sumuntur a varietate caloris ipsius. Et licet Hyppocr. superiore contextu varietates aliquot caloris febrilis recensuerit, vtilis illas

Cetri mē
bris diui-
sionis fe-
brium.

C ij verum

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

illas, verum Galenus valde rationabiliter præele-
git tres has caloris differentias: quoniam & ma-
xime notæ sunt sensui, & compendio quodam ge-
nus oë febrivm complectuntur: & dignotioni ap-
prime conducunt: nempe suauitas in diaria, mor-
sus festinus in putrida, tard^o in hæctica: sicut & pau-
lo post totam putridarum latitudinem ad tres
classes tactuum caloris conatur redigere. Nititur
enim complecti varietates sensiles, quam parci-
simis potest differentijs: ita enim facilius erit per
tactum lagnitio. Hanc varietatem calorum per
tria calefacta proponit nobis, quæ ab illis pen-
det spiritu, humore, membro. & hæc videtur Gale-
ni mens, certior quam quod quidam scribunt, id-
circo Galenum appellasse. propriissimam diuisio-
nem febrivm eam quæ sumitur à varietate subie-
cti excafacti, quoniã, sicut accidētis esse est inesse,
ita essentia accidentis est proprium subiectū. non
videtur, in quam procedere ratio: quoniã eadē spe-
cie albedo, nil à se specificè mutata, potest inesse va-
rijs subiectis. Octau. aut therap. addit duas alias diui-
siones febrivm in genere valde vtilis, non iam digno-
scēdis per sensum febribus, qđ hic intēdit, sed curā
dis qđ illic. Quarū prima est: qm morbo oīs si habet
causam

*similitudo ex
varietate m. d. y.*

*De ordine Anni. f. m.
p. 4. v. d. i. c. i.*

*similitudo
subiecti excafacti*

*Cent. m. d.
lib. m. d.
nonis se-
primus*

causam, non tollitur nisi ablatione causæ, vel causa iam nulla est, & sanatur morbus solo contrario intemperamento: vel causa adest non produxit tamen adhuc aliquid requirens particularem curationem, vt qui calefit à sole non dum tamen vlla ex parte est calefactus, & sanatur sola causæ ablatione. Nam licet similia dum fiunt sunt primo de locis primo, hic per non esse intelligit non requirere particularem prouidentiam: vel causa partim fecit partim facit, & curatur vtroq; remedio, vacuante & alterante. Altera diuisio: vel febris est habitus, qd est propriū hæcticæ, vel est dispositio qd est diariæ, vel media habitus & dispositiōis, quod est putridæ. Docet enim etiā hæc diuisio varietatē periculi & curationis. nec obstat: quod non videtur subiectū febris spiritus, humores, & mēbra, semper enim subiectū febris est membrū viuens, non spiritus, aut humores vitæ expertia: non obstat inquam, quia Gal. hic diuidit febrem pro calore, imo potius calorē ipsum in calefactū spiritus, humoris, aut mēbri. Ideo ait: incipit hic calor propter naturā quæ febrē vocamur: Aduerte secundo, de differentia calefacti & calefacientis, vltia dicta artis. 88. calefactum non significat calorem independentem à causa: omnis enim

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

calor cum sit res permanens, est independens in
 conseruari ab agente: nec calor febrilis, est res per-
 manens, propterea quod in omni febre aliquod
 corporis est calefactum: nam humores & spiritus
 non sunt subiectum febris, quæ sola sunt calefa-
 cta in putrida & diaria. Sed ideo est res permanens,
 quia calor ex se res permanens est, non successiua
 vt lux. Calefactum autem distinguitur à calefaciē-
 te, eo quod in calefiente, partes aliquæ minimæ
 adhuc seruant frigiditatem tantam, vt beneficio
 illarum possit forma ipsius expellere calorem ex-
 traneum à reliquis partibus: vbi vero in nulla par-
 te relinquitur tanta frigiditas, appellatur calefa-
 ctum, quia forma non habet partes frigidas qua-
 rum opere totum reducatur ad temperiem. Sed si
 ex Galeno hic, citius inflamatur spiritus cordis, tar-
 dius humor, tardissime membrum, oportebat hoc
 ordine semper inuadere febrem? Dic: ex parte passi
 oportebat, sed agentis varietas facit, vt si calefaciēs
 est putredinosum, citius corripitur putrida, si va-
 lidissimum citius hæctica, ob membrorum renisum:
 accedit, quod licet spiritus prius caleseat, potest ta-
 men prius poni in calefacto membrum, vel humor.
 Illud quæri potest, cur frequenter accidat calefa-
 ctum

Calefacti
 & caleficiē-
 tis discrimen.

Nota

omnino

R.

ab 1^a

20140

Etum

Etiam in toto, frigidū vero non nisi in parte, vt quidam obnoxij sunt colicæ, alij dolori ventriculi, causa sita videtur in vehementia caloris in imprimendo. Quomodo, si calor est æqualis in hæctico, minuitur tamen post mortem & augetur post cibū? Dic: cum constet ex quinto de locis. i. omnē mortem sequi ad iummodicam cordis frigiditatē, oportere hæcticum post mortem naturali calore frigere, potenciali vero qualitate quę in subiecto illo sicco sepulta manet, calere. Ad alteram: calor ille membrorum æqualis & siccus accedente sanguine post cibū fit humidus, ebullies, ideo maior. Quo modo Gale. hic habet in hæctica mēbra ignita calefacere sãguinē, cū in definitiōe febris asseratur calorē igniti cordis mādari ad mēbra per sanguinē, Dic: sæpe est hæctica in mēbris, & mēbra igniunt sanguinē: sæpe in corde, & sanguis ignitus procedēs à corde reddit mēbra calefacta: sæpius in hæctica calefactū est in corde & in mēbris oībus simul. Postremo: quomodo supponim⁹ in intēperie equali partes oēs etiā minimas mēbri herē idē tēperamētū, cū cōstet non solū organum cōstitui silaribus varie tēperatis, sed etiam partem similem sanam quæ habet temperamētum factū, habere varietatē temperamēti in

ob 2

R. 1

2^a R.

ob.

quod sim. sicut fe
est Solidior
R.

ob.

R partibus componentibus, quod supra ostensum est de brassica & aloe. Dic: quia ubi est temperamentū sanum, forma mixti conatur conseruare varietatē illam temperamenti, in partibus componētibus: ubi vero membrum habet hæcticam intemperie, non adest iam pugna partiū mutua, ideo ab intrinseco talis intemperies insanabilis est.

Aduerte tertio, de diuisione Galeni: cum sæpe Galenus statuatur membra huius diuisionis diariam, putridam, hæcticam nonnunquam diariam, humoralem, hæcticam significare videtur dici ad conuertentiam humorale & putridum contra euidētiam rei. Quod enim putrida sit nonnunquam hæctica, apparet de pestilenti. 3. presagationis puls. 3. quod putrida sit aliquando diaria, ostendit sudor britanicus pestilēs. Quod autem aliqua humoralis non sit putrida, testimonio est Galus ipse, affirmans febrem sanguineam non putrentem. Biliosam autem non putrentem, tam tertianā quam causum aliquando dari, testes sunt Trallian^o lib. 12. & Auerr. lib. 3. cap. 4. & Galenus. 10. methodi. 5. narrans tertianam ex inflammata non putrente bile, in qua cibauit initio accessionis. Si autem: ait Galenus: febris orta fuissent ex obstructione, vel putredine, sumo pere-

*Densio essentia
nie putrida, ut occurrat
re magis huius sunt un
de colligitur putrida
et sic huius est distinctio*

Num hu-
moralis
& putri-
da cōuer-
tantur.

lesiffem. & primo epyd. fect. 2. secundo, tertiana fit ex bile multa magis quam inflammata, caufus ex inflámata non multa: in flámatio auté non est putredo. Ratióe autem ostéditur: quia potest, à multo calore extraneo cum siccitate inflammari bilis, ita vt magis fit combustio quam putrefactio: vt si oriatur ex labore, in solatióe, vigilijs, mœrore, inedia, in natura biliosa. dic: videtur ob dictas rationes cōcedendam esse febrem humoralem, aliquádo sine putredine humoris, non in solo sanguine, sed aliquoties etiam in bile: & tales vocandas etiá humorales non putridas. Cur ergo Galenus scœpe diuidit in diarias, putridas, hęceticas. Quidam aiunt per putredinem intelligit etiam inflámationem. Sed nō quadrat cum Galeno qui febrem ex inflámato sanguine non admittit vocari putridam, sed diariam. Est ergo intentio Galeni hic. & secundo crisum, diuidere febres in membra paucissíma, quæ tactu possint à medico gloriose dignosci: talia membra sunt tria tantum. & rursus genus putridarū secat in alia tria, biliosam, pituitosam, melancolicam. Habent enim hæc quinque membra tactus varios sensiles, quod Galenus maxime in medico expetit. Ob hanc causam inflámationem sanguinis cōpre-

*dante multa febres
humorales no putridas
dic & sed nisi
ante qui febrem
m. diuidit febres
ut hanc in idea
vix humorales no
hanc febrem
dum m. febres
m. febres
id emendat B
m. 2.*

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

hendit subdiaria quia tactus est similis diariæ. Nā in alijs non conuenit, quia nec est spiritus, nec intra diem cessat, nec sanatur refrigeratione, sed vacatione: ad scopum tamen Galeni vocatur diaria. Inflammata[m] verobilem cum biliosa putrente numerat, quia tactus bilis siue inflammata, siue putrentis, similiter mordet. Quod autē Galenus in vtraq; synocho, vocet vltionem vel inflammationē sanguinis, apparet .9. therap. 2. in fine: num vero omnis putrida sit humoralis, Dic: Galenus non secat febres per membrum humorale, quia non facit illa distinctio ad agnitionem per tactum, quam hic intendimus. Cum ergo cor putret cum hæctica febre, aut spiritus cum diaria, notæ apparebunt compositæ putredinis cum notis hæcticae vel putridæ.

Aduerte quarto: cur febris asseritur affectus cordis, dic: affectus particularis partis in rebus inanimatis, arguit noxam partis affectæ tantum: quando vero læditur operatio aliqua in omnibus partibus manans ab vno principio, intelligitur affectum esse in principio: vt si læditur sensus aut motus totius, in acrebro; si téperies totius, in corde. Cum enim calor membrorum influens pendeat à corde in fieri, & innatus in conseruari per pulsum

Cur febris affectio cordis.

Febrius biliosa semper
inflammata est coagulata

in diu hec
curida, diu
pstrata cu gustu
da 1.

hendit v C

pulsus: colligitur ex intemperamento totius, in
 temperamentum cordis. Et hoc dicebat Galenus
 lib. de Maraf. primo. non posse accidere intempe-
 riam vniuersalem toti corpori, quin prius cor oc-
 cupet: multo ergo magis asserendum est de febre,
 non posse dari ab epate, nec aliunde, nisi præ occu-
 pet cor. Quia in alijs intemperiebus possumus
 imaginari causam intemperantem omnes par-
 tes ante cor, non autem in calida: nam cor pro-
 pter aptitudinem ad inflammationem prius in-
 flammabitur, & confestim inflammabit corpus.
 Adde: quod licet maneret cor expers caloris, suo
 téperamento cito reduceret corpus ad téperiem:
 & ita non esset febris. Nam primo decreticis vl-
 timo, non considerat medicus febrem vnus ho-
 ræ. & hoc significat Gale. lib. de phlebotomia .5.
 Videtur etiam accedere, tertia ratio: si vere osten-
 detur infra, in omni febre coire ceu causam con-
 atum cordis ad pugnam cum causa morbifica:
 quod ideo cordis passio est, quia concurrit disten-
 tio cordis ceu agens: sicut in crisi per pulsum al-
 tum, & sicut in laute cœnatis pulsus & respiratio
 crebrescunt. Apparet enim in febrientibus pulsus
 & vehementior & crebrior calore sensato.

Aduer-

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

Num fe-
bris re-
quirat cal-
factū cō-
tenti in
corde.

Aduerte quinto, num in omni febre oporteat ali-
quid contentū in corde esse calefactum. Dic: aperte
docet Galen^o hic & infra cap. 3. & .7. Causa est quia
nisi ex toto sit aliquod illorum trium calefactum,
non sequitur in toto calor durans: sed qui intra ali-
quot horas cessat. Talem autem calorem non voca-
mus febrem. Et si obijcias: spiritus quando inflā-
matur & mandatur toti lædit functiones: ergo est
morbus: & non videtur alius quam febris. Item:
1. therap. 3. affectio lædens functiones etiam si mo-
mento duret morbus est. Dic: vel caliditas illa pen-
det à calefaciente externo, & ita non est morbus, li-
cet lædantur functiones. Est nanque morbus causa
interna inmediate lædens functiones non externa:
hæc enim cum sit ad libitum remouibilis non ha-
betur pro morbo. Si autem est causa interna calefa-
ciens ostensum est, ad febrem prius ponendum esse
aliquid cordis in calefacto esse. Ad alterum: in re
erit morbus, sicut incipiente dissenteria est vlcera-
tio intestini: sed neutrum horum medicis est mor-
bus, si non durant. 1. de locis. 1. Num lædantur oēs
functiões in febre: Auerrous putat. 3. collector ij. 31.
sed Galenus. 3. therap. vltimo tantum habet mul-
tas; quia in hæctico sensus sunt exactiores propter

Febrisnū
ledat fun-
ctiões
omnes.

cere-

etum ab spiritu & humore, nempe calor immodicus membrorum, cui convenit nomen morbi: quod in exemplis allatis non datur. Trusianus autem artis. 80. recipi potest, quod spiritus iunctis membris quia est subiectum sanitatis. 1. can. 2. potest dici subiectum febris.

Aduerte septimo: num sint plura tribus genera febrium. dic: materia proxima in corde non sunt plures: remota materiae datur alia, ut vermes, pus, stercus, membrum, vel chylus putrentia: nam & 3. therap. 15. ex orementa duo tertia coctionis quandoque putrent, & febrem inducunt. Et si obijcias: saltem subdivisio putridarum trimembris diminuta est, dic: non meminerunt de illis allatis propter infrequentiam, & quia redducuntur ad illa tria membra: cum necessario habeat unum ex illis intemperamentis. Si obijcis de tere cordis calefacti: videtur medicis reputari pro parte cordis: maxime quia non potest poni in calefacto, quin etiam partes alia cordis habeant aliquid facti. Si obijcis de synocho & causo non putrentibus: supra praecessit solutio.

(Incipit autem.)

¶ Solut dubitationem ortam ex dictis.

Aduer-

Aduerte: de sparsione caloris à corde in totum,
 sunt dubitationes vniuersales, & particulares
 de hæctica. Inter vniuersales, prima est: si propter
 calorem alicuius membri cor febricit, non videtur
 quo modo membrum illud primario, possit reci-
 pere calorem à corde, cui mandauit. Secunda: in mul-
 tis febribus calor non expanditur ad exteriora. Ter-
 tia: si sanguis & spūs prodeuntes à corde sunt cale-
 facti, omnis febris est humoralis: si calefiunt tantū,
 nulla est humoralis. Dic ad primū: intelligitur pro-
 positio, modo non sit ante productus calor in mē-
 bro. Tale autē membrum quantūuis caleat, non di-
 cetur febricit, antequā cor caleat: quia febris est pas-
 sio cordis & totius. Ad alterā: ex Auic. cap. de hypi-
 ria: verba in definitionibus dicūt aptitudinem, non
 actum. Videlicet modo non ad sit impedimentum
 quale hic ad est: nam in primo argumento erat pro-
 ductus iam calor in membro, in secundo autē mul-
 ta frigiditas extremorū repugnat calori. Ad tertiū:
 sanguis & spiritus prodeūtia à corde, fere calefiunt
 tantum: nec ex eo sequitur, febrem illam non esse
 humoralem: sufficit enim adesse humoralis, quod
sanguis contentus in corde sit calefactus. Etsi obji-
 cias: calefieri cōtenti in corde, non sufficit induce-
 re febrem in cor: ergo calefieri sanguinis mandati:

obicit

2

3

obicit

2

3

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

à corde, non sufficiet inducere febrem in mēbra:
 quia cor est aptius inflammari, quam mēbra. Dic:
 febris requirit durationem, quæ pendet ex calefa-
 cto contenti in corde: ybi vero in fonte ad est id ca-
 lefactum, sufficit cōmunicari toti per calefieri tan-
 tum. Num autem oporteat calefactum in corde ef-
 se eiusdē spēi, cum eo quod calefit in corpore? Dic:
 non videtur: quia calefactum spūs vitalis in corde
 sufficit calefacere omnes spūs corporis etiam aīles:
 & calefactum cuiusvis humorum in corde totā mas-
 sam sanguinariam, & calefactum cordis omnia mē-
 bra corporis, tam calida, quā frigida. Imo calefactū
 solius spūs cordis calefacit totius corporis, spūs, hu-
 mores, mēbra: verū calefactū ipsum magis cōmuni-
 catur in calefacto esse simili speciei, quā dissimili:
 nempe in diaria spiritui, in hæctica membris.
 De sparsione vero hæctica, sunt dubitationes. Cū
 similiter spargatur calor in membra in ethica, &
 in alijs febribus, cur in ethica inducitur à mandato
 sanguine, calor fixus membris, in alijs vero febribus
 solum fiens? Secunda: cum fieri possit vt cor pona-
 tur in calefacto non membra, & econuerso, mēbra
 non cor, qualis erit huiusmodi febris? Tertia: calor
 ethicus membrorum quomodo potest pendere à
 san-

sanguine & spiritu iuxta finitionem febris vniuer-
 sale. Die ad primum: Cor cum intemperamen-
 to facto non potest sufficienter refrigerari ipsum,
 neque refrigerare membra per pulsationem: ideo
 redduntur calefacta, & sanguis adustus: talis autem
 sanguis accedens ad membra, ponit ea in calefacto
 esse. Forte etiã factum omne intemperamentum scri-
 pit, quare cito communicatur à corde arterijs, &
 per arterias membris. Ad secundam dic: propter ra-
 tiones allatas in primo argumento, cor calefactum
 cito imprimit calefactum membris: quandiu autẽ
 non imprimit, sentitur inæqualitas in membris,
 & expetunt balnea à quibus iuuantur. 3. de præf. 3.
 & in eo casu ratio concedendum est, in aliqua febre
 ethica esse calorem fientem in membris, cum inæ-
 qualitate. Alter autem casus, quod membra sint ca-
 lefacta, cor minime, est adhuc rarior: propter causã
 explicatã. §. superiori. In quo videtur dicendũ, quod
 si nullũ contentorũ in corde est calefactũ, non habet
 febrẽ, sed morbũ calidũ totius: si vero aliquod con-
 tentorũ cordis est calefactũ, secundũ varietatẽ illius
 variabit species febris. Ad tertium: calor mēbrorũ ina-
 tus in ethico est equalis, & indepēdēs: calor vero in-
 fluēs variatur ex victu, sōno, & alijs, quæ depēdēs est,

R. 1.

R. 2.

ut quod in membris
 quod sunt coram
 gangrena et in membris
 et in membris
 in membris

SECTIO SECVNDA.

In investigandis causis febrivm primv presentis. §. Inquirat exteriores manifestas. Secvdo: ex quib; causis internis explicat primam, nepe applicatione rei calefacientis in. §. (quoniam nonnulli.) Tertio: declarat causam ex motu. §. (ira autem.) Quarto: causam ex densitate in natura salubri. §. (quæ autem ex densitate.) Quinto: explicat quid operetur eadem densitas in natura cacochimica. §. (cū igitur) Sexto: tractat causam aliam prohibiti effluviij non ex densitate ortam sed ex obstructioe. §. (ceterum foraminum.) Septimo: profequitur causam ex aere mixtam, nonnumquam enim per viciniam calefaciendo inducit diariam, quandoq; per putredinem in pestilenti constitutione putridam. §. (calidiores autem.) Octavo: ostendit ultra causas dictas, aptitudinem passivam magnam vim habere ad febris inductionem. §. (ad ut diximus.) Nono: ostendit diarias non oriri ex putredine. §. (sed quomodo.) Decimo, & Ultimo: ostendit diariam putridam a diariis. §. (humorum autem putrido.) (ET OPORTET.)

Inquirat exteriores causas.

Capit. 2.

Aduerte primo de ordine: ante ponit tractationem causarum tractationi signorum. non solum quia ordine nature antecedunt cause: sed etiam quia ordine

ordine doctrinæ. Nam demonstratio diuisionis tri-
 membris febrium, supra posita pendet ex cognitis
 causis febrium, similiter & demonstratio signorū,
 quæ paulo post tradetur. De duplici autē secta addif-
 cendi medicinā, empyrica & dogmatica, dictū est
 in lib. 3. simpl. Vtrā autē præstet sequi, sentētia Gal.
 habet hic, & lib. de libris proprijs, præstare dogma-
 ticā, in ijs qui valent iudicio, & primis disciplinis:
 in reliquis autē præstare, sequi empyricā. Que cen-
 sura suo tempore magis erat recipiēda, quā nostro.
 Nam illo æuo, multi libri, & doctissimi circunferē-
 bātur ab empyricis per syndromes: dogmatica ve-
 ro diuidebatur in diuersissimas factiōes: quod col-
 ligi potest ex Aurelia. referente singulorum sentē-
 tias: quorū alij nemini mittebant sanguinem, alij
 nemini concedebunt purgātia. Nostro vero æuo &
 empyrica vilis est, propter librorū inopiā: & dogma-
 tica magis cōcors, propter opinionū vnanimitatē.

Aduerte secundo: quidā opinantur hic tradit cau-
 sas solū diariarū, sed nō recte: tradit enī causas exter-
 nas omnium febrium, deinde internas: docēs (quæ sem-
 per facit) ei qui nō satis valet iudicio satius esse solā
 sequi experiētiā, mōstrantem de externis, quam
 decipi cū methodicis parū doctis, intradēda ratiōe

De sectis
 medico-
 rum.

cur illæ manifestæ inducāt febrē: videlicet nū ex-
 tena occasio iducat febrē ppter motū spiritūū, aut
 propter putredinē, aut propter aliquid aliud: sem-
 per enī mediat aliquid inter causam externā, & ca-
 lefactū cordis. Causam autē cur nō desciscāt hoēs à
 sectis suis licet fallis, recte refert hic ad ignorātiā
 maxime iunctā arrogātiæ: nam. 13. therap. 14. inde-
 lebile vitiū est ignorātia superbiæ cōiuncta: Et quia
 hic sicut in methodo conatur vitare dispendia con-
 tentionū, supponit alibi de inōstrata ceu hypothe-
 ses: nam quod alij legunt (subijciūt) non quadrat.

Capit. 3.

Aduerte tertio: quod Gale. taxat eos qui nega-
 bant, excessus externos esse causas febrium, signifi-
 cat erasistratios: qui eum opinarentur causam fe-
 briū & inflammationū esse defluxū sanguinis à venis
 ad arterias per poros medios: nec possent assignare
 causam, ob quā frig⁹ externū, vel tristitia faciant eū
 casū, negabant illa esse causas febris, cōtra ysum to-
 quendi vulgare. Confirmabant aut hanc sententiā
 rationibus tribus. Prima: si causa febris esset in sola-
 tio, vel aër pestilēs, quotquot in solatio essent, vel cō-
 uersati in aère pestilenti, febrirēt: cōsequens est cō-
 tra experientiam. Secunda: si frigus externum es-
 set causa febris, qui magis frigeret, magis febrirēt:

confe-

consequens sæpe pugnat cum euentis. Tertia: si facietas esset causa flegmonis semper sequeretur flegmon. Quibus tribus vna solutione satisfaciendum est, ex lib. de causis procatar. Omnis causa præstat aliquid sui genito: non tamen dicitur ad conuertentiam cum effectu, nisi sit causa continens: ideo non sequitur A, est causa B, ergo posito A, sequetur B.

Aduerte quarto: ex hoc loco simul, & ex .2. therap. 7. discrimen inter dogmaticos & empyricos, quia empyrici inquirunt morbi curationem per symptomata, dogmatici vero per indicationes. Est enim indicatio citato demonstratio eius quod agendum est, petita ex cognita natura affectionum. Sed quomodo hic fatetur, dogmaticum sumere indicationem à causa externa, non modo ad cognitionem, sed & ad curationem affectus, cum .4. therap. 4. neget ad curationem sumi? Dic: ibi intelligit immediate & per se; hic mediate & per accidens. Videtur fatius quàm quod quidam scribunt Gal. sumere indicationem ad curationem à causa externa manente, non à transeunte. Gal. enim vniuersaliter loquitur. Argenterius, vero prauè taxat Gale. eo quod contra sententiam .4. therap. 4. docuerit. 8. therap. vlt. sumere indicationes à consuetudine, natura, & ætate, quæ non ma-

nant eadem quæ ante febrem. non rectè inquam,
nam considerantur ibi, non præterita, sed præsen-
tes habitus, ex illis externis tráfactis in corpore ma-
nentes.

(*Quoniam nonnulli.*)

Explicat ex quinque causis primam .s. applicationem
rei calefacientis.

A Duerte primo: de sufficientia numeri quinarij
in causis calefaciétibus, ex lib. de causis morb.
2: vel enim quod calefit intenditur ex accessu alic-
ni, & est applicatio rei calefacientis: vel sponte sua
quia partes suæ calidæ agunt in frigiditas, & est pro-
hibitus effluxus: vel quia calor continentis prop-
ter infirmitatem innati in contento, occupat con-
tentum, & est putredo: vel quia præparatur res ad
calorem per validam attenuationem, & est motus:
vel quia augetur substantia calidi innati, & est ali-
mentum: quare euadūt quinq; causæ calefaciètes.
Quod autè Galenus addit aliméta calida, permif-
cet duas causas (quod semper merito verat in do-
ctrinis) nã quatenº alimentũ semper calfacit quã-
titate: quatenus calidũ calfacit per vicinitatè in pri-
mo modo calfaciendi. Ad opposita: vigilia, & ine-
dia calefaciunt. 2. Aphor. 17. Dic: propter mixtio-

nem

Sufficien-
tia causa
rũ calfa-
cientiũ.

lib. de causis morb.
de causis morb.
de causis morb.
de causis morb.
de causis morb.
de causis morb.

de causis morb.
de causis morb.
de causis morb.
de causis morb.
de causis morb.

nem bilis cum sanguine: vigilia enim & fames au-
 gent bilem: & quia inedia calfacit propter actionē
 ignis interni in mēbra, cuius operatio cibo, & potu
 retardatur: sicut aqua affusa saccharo ad ignē. Vigi-
lia vero etiam propter motum spiritum. Secundo:
purgātia pituitā calefaciūt. Dic: sub intelligitur in
mixture rei calidę: nam calefacit aliquid, vel quia
permiscetur illi plus substantiæ calidæ: vel quia de
trahitur aliquid frigidæ. Ad tertium: in putredine
concurrūt cū putredine calor extraneus: & prohibi
ta difflatio, ergo tres causę reducūtur ad vnā. Dic:
illæ tres habēt essentias varias, & possunt inuicē se-
parari: ideo numerātur pro tribus. Quarto: addit Ar
gent. hæc quinque non vocat hic causas febrium, sed
modos: causas vero vocat illa externa, merorē, inso-
lationē, &cet. Dic: est friuola: causas immediatas quas
soli methodici considerant, vocat hic modos causa-
rū externarū: illic vocat etiam vere causas. Quinto:
oportuit reducere causas has ad quattuor materias
salubres necessarias lib. ad Trasylb. 27. népe assump-
ta occurrentia, quæ fiunt a nobis, quæ excernuntur.
Dic: non inquiruntur hic materiæ necessariae, sed
causę agētes, siue necessario occurrant, siue non ne-
cessario. Gal. ergo sola inductione colligit numerū:

D iij ideo

ideo ceu medicus nō inquitur cur motus calefaciat, neque cur intemperies inducat dolorem, immediate ne, an mediante solutione. 12. therap. vlt. A priorē vero etiam ita sumi potest sufficientia. Vel aliūde accedit calor, & id tanquam ab agente, vel tanquam à materia, & sunt duo modi. Vel sponte sua: & id quia recipit dispositionem ad calorē per attenuationē ex motu, vel quia partes calidæ suæ agunt in frigidas. Et id rursus dupliciter: vel quia retinentur in prohibito effluuio, vel quia euolant in putredine.

Aduerte secundo: explicat causam primā calefacientem per oēs modos. Quandoq; enim calefaciēs est virtuale vt sol, quandoq; potētiale vt piper, quandoq; actuale vt ignis. Et rursus vnūquodque illorum, vel est proximum idest per aliquod intervallum distans: vel tangens, idest contiguum: vel conuersans idest penetrans corpus nostrum sua substantia. Ita enim legendū est, & non ad hærēs. Nec ideo hic modus calefaciendi coincidit cū quinto: quia hic substantia calida penetrat ad alterandū solum, in quinto autem modo fit vera mixtio ex alimento cū mēbro præexistenti. Cur inter quinq; causas calefacientes, in cepit à calefaciente. per vici-
nita-

calidus corpus

calidus corpus
tangens

ad hærēs
mixtio
mixtio
mixtio
mixtio

nitatem? ratio est, quia est facillima: supra autē non seruauit ordinem in numerando.

(*Fra autem.*)

Declarat causam ex motu.

ADuerte primo: cum scribatur quarto de causis pulsuū. 3. tristitiam efficere pulsum tardum quia frigefacit nos, intelligitur per se nō inducere febrem: per se enim tristitia, timor, & verecundia magis frigefaciunt. Quod ergo scribitur .i. de sanitate. ii. affectus omnes animi, si modum non seruant reddere corpus biliosum, intelligendum est, de omni immodica actione cuiusuis partis animę: in omni enim tali iungitur mult^o motus spirituū. Quod tamen attinet ad facultatem cordis, timor, & tristitia, magis sunt quietes spiritus vitalis: ideo frigefaciunt cor. Quandoque autem sequitur ad tristitiam febris per accidens, ob conculcationem spirituū vitalium, & ob motum animalium, propter immodicam cogitationem. Gaudium autem quia paulatim mouet extrorsum, & verecūdia propter annexum timorē, rarissime inducut febrē. Sed si in timore adest motus introrsum. velocior quam in tristitia, cur non magis sequitur febris? Dic: deest timentibus contentio animi vniēs spiri-

tus,

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

tus, ideo dissipantur, & frigent. 2. de causis synu-
 tomatum. 5. ira ergo producit febrem, quia iungit
 motū spiritū in corde cū feruore. Definitur enim
 ira. 1. de anima. 1. & .1. problem. 22. ebullitio sangui-
 nis circa cor, lib. autem de causis morborum secū-
 do: feruor caloris circa cor: hic exactius sanguinis
 & spiritus: vtrunque enim ebullit.

Aduerte secūdo: cur motus calfaciat, inter phōs
 sunt pugnatissimæ sentētia, vulgatiō est ex colli-
 sione violēta duorū durorū corporum, med ū aerē
 summe & tenuari & rarefcere, ideo calferi: testan-
 te cum cū arist. 1. metheo. & de celo experimentis,
 de pūbo in sagitta liquefacto, de ferra inter fruden-
 dum lignum inflāmata, de igne excusso a ferro &
 silice. cur vero ad raritatem sequatur calor: plures
 aiunt, quia calor potētialis vel virtualis, in re colif-
 sa exit in actum per collisionē: non aliter quā calor
 piperis delitescens, applicatione interna ad corpus
 humanum, actu apparet. Sed varia admodum ra-
 tio est: nam ex ijs quæ apud nos potentia calfaciūt
 nullum est, in quo non manifestis argumentis ap-
 pareat copia ignei elementi, intus latens: quæ nec
 in lapide, nec in ferro inest. Præterea: cur inditus il-
 le a natura ignis applicatione ad nos manifestetur,
 aper-

aperta ratio est: quoniã intro ab homine sumptum
 & cõminuitur, & arteriarũ tractu mēbris accedit:
 in duris vero illis & frigidis, ne coniectari quidem
 datur. Videtur asserendum à celo mandari calo-
 rem, corpori omni valde rarefacto. Nam si om-
 nibus mixtis tam supra terram quam intra, præ-
 paratis temperamento & compositione, manda-
 tur à celo vis seminalis producens formas omnes
 substantiales, & animatas & inanimas: vt nunquã
 cesset mixtorum productio: si calor omnis actualis
 in ligno vel papyro, deficiente in totum humido,
 corumpitur: non aliunde quã à celo, ne sit ociosus
 calor: citra humidũ enim, nil gigni potest. Si vbi-
 cunq; detinetur humiditas siue in aqua palustri, si-
 ue in domo clausa, confestim à celo producitur
 ibi calor: vt inuicta illa actiuum & passiuum gig-
 nant & plantas & animalia quæ per putridinẽ oriũ-
 tur: si imprimis natura vim calori insiliendi in hu-
 midum, vbiubi sit: & sicco trahedi humidum iam
 calore præditũ, vt coctio admixta perpetua sit: cur
 non eadem vis celestis, vbi cunq; adest raritas sum-
 ma quæ cũ summo calore constituit ignem, produ-
 cet confestim calorem, & post calorem ignis formã?
 vt sit etiã ignis in inferioribus perpetua generatio?

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

In animalium vero motu & illa dicta causa adest licet minor propter membrorum mollitiem: & maior alia, à mandato ad motum articulum perpetuo spiritu: & tertia ex defluente ad partem motam ideo calidam, calida eliquatione totius. Cur liquida mota ex eo motu non modo non calefiunt, sed refrigerantur etiam? quoniae eo motu empyreuma & vrens flatus si aderat expirat: & quoniae aer frigidus ventilat motum, magis quam quiescens: collisio vero durorum corporum, & attenuatio medij aeris ibi locum non habent.

(Quæ autem ex densitate.)

Prosequitur tertium genus causarum prohibitum, scilicet effluuium propter densitatem cutis in natura salubri.

Aduerte primo: licet usus respirationis scribatur tres, lib. de usu respirationis, & de usu pulmonum: ex purgatio fuliginis, refrigeratio, & nutritio animalis spiritus: hic non meminit tertij, quia ad febrem inducendam sola duo priora faciunt.

Aduerte secundo: in naturis salubribus prohibitus effluxus, auget tantum plethoram: ideo tales vocati densi lib. de victu priuatorum. 26. & lib. de affectionibus ad finem, præcipiuntur cauere à carne & vino,

vino, & sumere alimentū paucum, humidum, &
 tenue: vt effugiant tres causas obstructionis quibus
 sunt obnoxij. Raris vero præcipiunt multum, sic-
 cum, crassum. sin contra reguntur primi obstruū-
 tur, & euadūt plethorici: secundi vero non aluntur.
 Ad illud vero quod scribitur tertia. i. doct. 3. cap. 7.
 vbi raris facile resolubilibus, exhibet alimentū hu-
 midum, facilis coctionis. Dic: vniuersaliter raris ex-
 hibend^o est vict^o ante dictus: sed quādo resoluūtur,
 cōuenit subuenire victu humido, iuxta Apho. 11,
 lib. 2. Sed quomodo supra scripsit, in omni prohi-
 bito effluuio, acceruari in corpore mordacem flu-
 xionem, & sequi febrem: hic autem in euchymis.
 vtrūque negat. Secundo: supra ad prohibitā trās-
 pirationem semper sequebatur intensio caloris, vt
 in pernionibus puerorum quorum naturæ sunt eu-
 chymæ, & in plantis ex grandine. hic ait sæpe so-
 lam quantitatem calidi augeri. Tertio: quomodo
 vocat plethoram augmentum vaporum, cum sem-
 per definiatur augmentum omnium humorum,
 lib. de plenitudine in fine, & 13. therap. 6. Quarto:
 quomodo hic prohibita trāsspiratio calefacit, cum
 aphor. 2. interceptiones vasorum extinguant in-
 natum calorem. Quinto: pueri densi sunt quod ex-

vbi raris facile
 resolubilibus
 2^o cap. 7. doct. 3.
 vbi raris facile
 resolubilibus
 2^o cap. 7. doct. 3.

vbi raris facile
 resolubilibus
 2^o cap. 7. doct. 3.

glabritie eorum apparet, & tamen exhibetur illis plurimum alimentum. Dic ad primum: effluens collatum ad remanens, semper est acre, propter vltiorem calefactionem, ex qua acrimoniam suscipit: si vero conferantur inter se effluentia, quædam sunt temperata, alia acra. Ad secundum: si id quod densat valde refrigerat, sequitur refrigeratio, vt ex lotione frigida per hyemem: si vero sine refrigeratione insigni, & vapores prohibiti non sunt mites, sequitur intensio caloris, sepe sufficiens ad febrem: vbi vero vapores sunt mites, augetur quantitas calidi citra tantam caliditatem, quæ sufficiat ad febrem. Ad tertium: repletio humorum omnium sequitur per accidens, ad retentos vapores: sicut ad aërem pluuium. 1. epid. sect. 2. & 7. & 3. Aphor. 15. maxime quia vapores humorum non distates specie ab humoribus, per moram redeunt ad pristinam naturam. Ad quartum: calor non diffilat³ sed vpitus, primo argetur vt in cucurbita & elibano occluso: paulo post vero deficit, quia flama absummit alimentum, sicut in elibano non perforato. Causæ vero rodentes. 8. Thorap. 2. sunt: refrigerantia, astringentia, addit siccantia, vt frictio dura, & insolatio. Quod videtur durum: siccitas enim resolutione

contenti humidū, rarefacit: ideo iuuenes sunt rariores & hirsutiores pueris. Dic: 8. Therap. asserit pro causa densante immodicam siccitatem tantum. Sed non videtur etiam immodica siccitas densare, quia siccitas senilis, cum sit immodica, rarefacit tamen habitum corporis. 6. epid. sect. 5. com. 6. Dic: siccitas magna & repentina qualis ex lotionē in aqua aluminosa, vel ex insolatione densat: quia cū omne humidum membrale dissoluat, contrahit & conuellit: similis autem siccitas si paulatim accedit, resoluit humidum membrale facilius resolubile: ideo nec densat cutem, nec inducit conuulsionem. Ad quintum: in pueris plus indicat habitus substantiæ mollis ad cibi exhibitionem, quam prohibeat aliquanta densitas membrorum: coeunt enim in illis duo illa mollicies carnis, cum densitate, sicut in pinguedine.

Aduerte tertio: Triplices homines ait abundare acris excrementis, videlicet eos qui a natura sunt cacochymici, & qui prauis vtuntur edulijis, & qui crebras cruditates patiuntur. Sed non videntur hæc cause facere magis ad acrimoniam quam ad segnicie humorū. Dic: non significat has causas in vniuersū gignere aëres humores, sed aliquas species ex ijs:

Densitas
quid ope
retur.

*has sunt tres generes
non sumorum sunt
autem acris et non tales
sunt aliter in corpore
exterioribus et de his
non dicitur*

vide-

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

videlicet qui sunt naturabiliosa. qui vtuntur calidis edulijis, qui cruditates nidorosas patiuntur. Adde: quod vniuersaliter hæ causæ faciunt ad acrimoniam, quia corripuntur alimenta calore extraneo, ob defectum naturalis.

Aduerte quarto: vitia alimentorum, quædam ait esse innata. Distribuantur enim cibaria in semina, fructus, olera, radices, quadrupedes, pisces, aues, inter quæ, semina abundant melancholia ob copiam terræ: & fere etiam flatu ob paucam coctionem, quia ex alimentis immediate prodierunt, debilis autem coctio flatus multiplicat, sicut plena dissipat. Sola frumentacea inter ea, ob multam moram sub terra, reposita vt tempore amittat flatulentiam, fere incolumia sunt. Fructus vltra paucam coctionem, abundant aqueo: quare fere pravi succi sunt, & magis præcoces, ob paucam moram sub sole: incolumiores sunt autumnales: ob contrariam causam ficus, & vix. olera in summa videntur tanto fructibus deteriora, quanto natura minorem prouidentiam habet foliorum, quam fructuum. Radices quia non perflata, nec exciccate, humore multo pollent. Quadrupes ob exercitij paucitatem, crassi succi: pisces, & aues omnium maxime cocta sunt, et boni succi

eo quod per multas inter medias coctiones, ex elementis euaserunt aptum alimentum homini, mixtorum ultimo. 6. Collect. 1: videlicet, carnes auium omnibus hominibus, pisces ijs tantum qui mundo sunt corpore: sola enim facilitate coctionis vincunt aues, in reliquis vicuntur, oportet autem in re cibaria ad conciliandas multorum authorum sententias & Galeni ipsius secum, intelligere mentem Gal. summo opere laudantis quaedam alimenta, quae experientia monstrat periculose, saepe etiam noxie sumi. Nam inquit naturam alimenti in se, non quid operetur iuxta sumentis varietatem, ita enim euadit doctrina & simplitior & perfectior: quem scribendi modum semper sequi. Ergo praefert alimentis omnibus in succi probitate etiam carnibus pedestrium, & ante volatilia lac, oua sorbilia, pisces saxatiles: & inter fructus horarios, mora: quae tamen corpus replent sapissime scabie, & cacochimia, & in ventriculo corrumpuntur: videlicet quia in natura sua considerata, & secundum familiaritatem quam habet cum humano corpore, talia pronuntianda sunt: sicut, quod ait curationem perficiendam esse equato contrario, & remissam qualitatem remittere in se, aequali vero conservare: illae enim propositiones in opere lederent, nisi adiun-

E gantur

Alimentorum classes.

Galienus in facili...

Galienus

Aliter

ad seculum aliquot continetur...

Quod in natura...

alambédo terrá xaramago, quare chycorium, & lupus salictari^o, in ratiõe aliméti incōmodát. Scribitur eim chycoriũ pessimi succi lib. de eachymia. 14 licet repastinatiõe antiquis ignota reddatur multo in columior vulgaris escarola. Quæ vs^o olerũ in febricitib^o in totũ cōmendád^o nõ est. Sed oportet hæc rationé nature egrorũ quorũdã, qui audito noie pti sanæ cōfestim nauscãt: in quib^o, etiam si laborét ex quifita tertiana, cōcedit Gal. ad Glau. cap. proprio oua, & cerebrum suillum, & in laborãtib^o pleuritide a sellos. 1. acutor. 27. Quare gratificãdum est aliquid appetitui egrorũ: tum quia nõ tolerãt meliora, tum quia fere véter appetit aliméta aduersantia humori in vasis abundãti. 3. de causis syntomatum 7. Quæ optim^o quidẽ vict^o acutorũ est cremor pti sanæ, medulla aurãtij, panis lot^o, ius lentiũ, lactuca, panata cum lacte seminũ frigidorũ: raro olera aliquot, & assa poma: minus amigdalatũ, maxime in acutis, aut vbi affect^o repit ad caput. Nã & in sanis p^o estaté estuatib^o, Gal. si cōtinétes sunt prohibet in totum fruct^o horarios, si incōtinentes parce cōcedit. Memorãdũ ité est, qđ refert nõnulla aliméta vitiari in ipso ortu, vt frumétũ ex rubigine vulgo ferrugé, sicut alia in interitu, si fuerint interépta veneno,

*epham. v. videri / accu
torum*

*caldo e. m. o. l. o. d. e. p. m.
cu. s. m. e. i. m. e. d. o. m. / e. t.
c. u. e. u. r. i. a. m.*

et frumib^o

Victus egrorum.

vel morbo: sicut nonnulla per morā vitiantur. Mol-
 licies enim quæ cōparatur alimentis diu seruatis,
 initiū putredinis est: quare optima sunt recentissi-
 ma, non modolac, oua, pisces, sed & farina lib. de
 affectionibus, & pānis vnus tantū diei, apud Zoar
 in proœmio, & carnes omnes statim post earū ma-
 ctationem. Nisi quod in solis carnibus propter diffi-
 cultatē coctiōis earum, si sunt natura sua duræ, præ-
 stat vt seruētur per hiemē horis. 12. per æstatem sep-
 tem. Apud Zoar in proœm. & .7. Therap. 6. vacci-
 næ vero diutius seruentur, quod vocat Hypocrat.
 4. acutorum. 99. vetustissimas. Nam licet calor ille
 sit putridus qui reddit illas teneriores, verū maior
 est utilitas ex cōparata mollicie: sicut in pane ex ad-
 mixto fermento: sed variandū est tēp^o asseruādi pro
 varietate diuitiei earum & ventriculi coquentis, &
 tēporis anni. Aquā autem prauā inducere cacochi-
 miā apparet, quia qui vtuntur talia qua, sunt guttu-
 rosi, viscerosi, decolores, steriles. Nā licet aqua non
 nutriat, inficiēs tñ humores viciosa qualitate, causa
 est cacochimix. Cōtra vero vbi aquæ sunt probæ, vt
 apud nos entre douro & minho. Memoradū est, ex
 aqua in paratis, aceruari bilē, sunt aut parati natura
 biliosi, & acute febriētes. q̄re hypo. raro eā admittit.

in acutis. 3. acutorum. 40. & cōment. 42. discipuli
 Hypoc. exhibebāt suis febrientib⁹ vnū vasculū vel
 duō tātum, quorū quodq; capiebat vnciam vnā &
 semis. Et tertio de fracturis. 39. in biliosis naturis
 prohibet aquam, loco eius concedens mellam. Et
 Trall. lib. 6. 2. ex Hypocrate non concedit aquā in
 acutis, nisi gratia delationis in medio alimentorū,
 vel medicamentorum. Propter puritatē enim sub-
 stantiæ suæ, & moram in visceribus, vertitur in bi-
 lem, vbi viscera bile abundant: non (quod quidam
 aiunt) quia per antyparistafim auget internū calo-
 rem: neq; (quod quidam alij scribūt) quia attenuat,
 & fundit bilem, & ita ad sensum videtur augere eā:
 sed quia, vere ex Hypocrate, & Gal. vertitur in bi-
 lem. Videlicet quando sola sumitur, vt in acutissi-
 mis in quibus seruabat Hypocrates egros sine cibo
 vsque ad statum: ita enim se explicat. 3. acutorum:
 nam in alijs: in calida natura, aquæ potio. 6. epid.
 sect. 4. 14. Addit Gal. inter causas acrium excreme-
 torū, meditationes & curas. Vnde intelligitur, cur
 raro litterati, & religiosi visātur bene colorati: au-
 gente enim bilē & melancholiam, ex assiduitate me-
 ditandi. Addit etiam pro causa crebram sumptio-
 nem acriū medicamentorum, qualia solebāt sume-

*utrum aqua in acutis
 vertitur in bilem quare
 solamur*

*utrum meditationes
 augent*

re ij qui timebant sibi ab obstructiōe viscerum, lib. i.
de Euchymia. 3.

Aduerte quinto: numerat infectiones cutis pso-
rā, leprā, ex anthemata: ex quibus pso-
ram & leprā
interpretantur cels. lib. 3. 28. & Plin. lib. 20. capit. 1.
scabiem. Sunt autem adsimiles affectiones, ambæ
melancolicæ apud Paul. lib. 4. 2. & 7. Aphoris. 40.
quare male numerantur inter hiemales. 3. Apho-
ris. 20. Definiuntur autē cutis dura, & rubens, cum
multo p̄ritu, & fufureis resolutionibus, per mix-
tis pustulis quibusdam, alijs siccis alijs humidis:
quæ omnia leuiora sunt in pso-
ra: ideo pso-
ra ubi
malignatur, transit in lepram, sicut lepra in elephā-
tia sum: ex anthemata autē comprehendunt nostras
variolas, & morbillos. nā (dicente celso) oriuntur
sæpe in pueris, & in partibus medijs corporis ma-
gis quā in extremis; & agnoscunt ea duplicia Paul.
lib. 4. 8. & Hypocrat. 6. epidemia, sect. 2. 29. Quæ-
dam minuta quæ ab exiguitate vocantur morbilli,
& a serpendo sarampam: quædam vero lata, quæ
comparant varis vulgo spinhas carnaes, vnde di-
cuntur variolæ vulgo bexigas. Vtrūque autem
genus latinis dicitur pustula, vnde bustellas. Ali-
quando autem nomen exanthematis sumitur la-

tius: vt hic, & lib. de atrabile, comprehendens ele-
phantem?

(Cum igitur.)

Explicat quomodo & quando, febris sequatur ad den-
sitatem in natura cacochymica?

Aduerte primo: nomen *στενωσις*, interpretan-
tur stipationem, vel constipationem, vel an-
gustiam meatuum, vbi. s. pori redduntur angustio-
res. nomen autem *εμπροσθεσις*, interpretantur obstru-
ctionem vel infarctum, significat plenitudinem
pori ab aliquo infarciante. Et hoc modo distinguit
Galen. hic sumens ea in proprijs significatis: latius
enim obstructio dicitur vulgo, de vtraque affectio-
ne, quando diuiditur in coarctatoriam, & atte-
nuatoriam: similiter & stipatio de vtraque affectio-
nem dicitur. 3. de sanio. 15. Sed de causa harum affe-
ctionum videtur controuersia: quia 3. de sanitate
duæ tantum causæ traduntur, conuidentia vel de-
satio meatuum, & repletio eorum: verum 9. Ther.
additur tertia causa, astrictio carniuum inter me-
diosporos: primo autem de locis primo, stipationis
in retenta vrina afferuntur causæ tres, obstructio

εμπροσθεσις
εμπροσθεσις
prima, εστὶν ὀβστρο-
σις

ab impacto, tumor præter naturam colli vesicæ, & aliquid ortum intra collum. Dic: lib. 3. de sanitate inquiri solas causas angustie pororum, lib. autem .9. Therapeut. inquiri causas prohibentes transpirationem, verum. 1. de locis docet causas stipationis in meatu amplo, quale est collum vesicæ.

Aduerte secundo: Cruditas in portat actionem læsam concoctricis. 3. de causis syntomatū. 1, & de differentijs syntomatū. 4. Quod autē sequatur febris ad corruptā coctionem de qua hic agitur, facit primo natura cacochimica: videlicet si corruptio est nidorosa, vel fumosa: talis enim natura solet incurrere diariam: si autē corruptio est acida, rarius sequitur febris, & ea putrida: quoniam relictū a regimine naturæ propter corruptionem, facile putret. Secunda causa est: quia cōmittunt se post cruditatē ijs, quæ rapiūt corruptū ad membra: qualia sunt. 4.

desan. 9. & 8. Therap. 5. exercitiū, insolatio, balneū, frictio, ira, & verecūdia. Est enim cōuenientissimū eo tēpore, in lecto se continere, etiā si non dormiatur, apud celsum lib. 1. 2. quies enim & somnus matutinus & calor lecti, perficiunt concoctionem: vnde cōmendantur talia senibus, qui non plene per noctem concoxerunt. Et in febribus implacidis. 4.

2^a conditio

si per acidum videtur
si per siccum videtur
si per humidum videtur

Coctionē
promouē
tia.

Coctionem accendit et
coctum calidum

accutorum. 48. Ideo. 8. Therap. citato, in reliquarū
 diariarum declinatione laudat balneum: in ea vero
 que proficiscitur à cruditate negat ante integram
 febris solutionē. Videtur tamen immodicū quod
 .9. Therap. 4. & 5. præsentē synocho, differt flebo-
 tomiam per biduum, propter cruditatem primæ
 conctiōis, & clisterē non cōcedit, nisi mollem id est
 sine sale, postquam alimentum concoctū est in vē-
 triculo, & descendit. Forte propter Erasistratios,
 qui fugiebant flebotomias. Sed si in cruditate qui-
 escendum est, quomodo. 2. accutorum. 22. præcipi-
 tur, ijs qui supra consuetudinē cibati sunt, non qui-
 escere. Dic: hic curamus factam iam cruditatem,
 illic præcauetur futura, lēta de ambulatione, vt des-
 cendat alimentum, ad loca coctionis: sicut per acta
 in integrum coctiōe, exercitium & potus amplior.
 .7. Therap. 6. Licet enim lib. de flebotomia. 9. quæ
 curant factum præcauent etiam futurū, non sequi-
 tur è conuerso: quia leuiores sufficiunt ad præcautio-
 nem, quam ad curationem. Quid ergo agendum
 in cruditate, si neque ad molem corporis, nec ad in-
 testina, trahendum est alimentum? Dic: fouendæ
 sunt partes ventris ad perficiendam coctionem,
 Absinthio, & Nardino ex Gal. citatis. Quod con-
 silium

*Causa iam cruditate
 ambulatio præcauetur
 in modum non a
 præcauetur conuersione
 ut dicitur in modum
 ut dicitur in modum
 ut dicitur in modum
 ut dicitur in modum
 ut dicitur in modum*

*plurimum affinitate ad locum
 ut dicitur in modum*

Abac-

3^a
 filiū turpiter interpretatur, & ideo reprobatur Auer.
 7. collect. 7. quasi Galenus præcipiat fouere ventrē
 aqua calida. Fuchius item non recte, pro fotu ventris
 robur, vt sic sensus, minus febricitare ex cruditate,
 eos qui robustum habent vetriculum & epar: cum
 magis mostret ratio cruditatem in illis membris
 robustis, tanquam pendentem a maiori causa de-
 teriorem esse. Tertia causa febricitandi, est reten-
 tio alui: nam fluxus succedens tam in alimento pra-
 uo, quam in corrupto prohibet febrem secundo ali-
 mentorum de vuis. Nisi forte sequatur febris pro-
 pter frequentiam surgende: ea enim frequentia suf-
 ficit inducere febrem hic, & vigilię .2. Aphoris. 14:
 ita vt ob eam causam timeat Auerro^o purgare ter-
 tianarios cap. proprio, & in valde debili sufficit ad
 mortem. 3. Cris. 9. Alterum symptoma, vocat hic
 Galen. inflammationem ventris, quam apertius
 explicans. 8. Therap. citato vocat ardorē, vel mor-
 sum, vera enim inflammatio ventris, fere non
 visitur in cruditate.

(Cæterum foraminum.)

Tractat alteram speciem prohibitiæ transpirationis, non
 ex pororum densitate, sed ex obstructioe.

Auer-

Aduerte primo: cum hic legatur vniuersaliter, causam putredinis esse prohibitam transpirationem, & .ii. Therap. 4. illa tantum putrere, quæ calida humida sunt, in calido loco, non probe difflata, plurimi in interpretum putant, causam perpetuam putredinis, esse prohibitam transpirationem: quorum quidam putant nunquam succedere putredinem, nisi illa præcedat: alij vero dicunt iungi necessario saltem tanquã consequens, quia accedente calore putrido, pristina difflatio non satisfacit. Alij vero inquiunt, imò est causa concomittans: quia vbi putredo, ibi debilitas in nati caloris, vbi debilis innatus calor, non fit sufficiens pulsatio, quare iã iungitur prohibita difflatio. Dic: constat nõ esse perpetuã causã antecedentẽ putredinis, prohibita difflatione. Si enim naturalis corruptio mixti est putrefactio. 4. meth. 2. possunt aut mixta prohiberi a mala difflatione: possunt igitur nõ corrumpi. Secundo: multa externa etiã solida putrent sine mala difflatione: ergo magis interni succi. Et aperte in aere vel cibo pestilenti, quò pori latiores sunt magis sequitur putredo. Tertio: causa est prior effectu saltẽ natura: sed prohibita difflatio explicata ab illis est posterior saltẽ natura putredine: ergo nõ pòt asseri pro causa putredinis.

Putredo
an semper a
recenta dif-
flatione.

probat vniuersaliter
vbi calor debilis non
est causa antecedens
putredinis

Quar-

Quarto: lib. de inæquali in temperie. 6. scribit multa putrere, propter alias causas, sine prohibita transpiratione: et hic causas putredinis in febribus duas explicat: malam distensionem in plenitudine vasorum, & defectum innati caloris in plenitudine quoad vires. Quin & Gal. ipse, tam infra, quàm de inæquali temperie. 7. ait calida humida in calido humido loco citissime putrere: alia vero etiã, sed tardius & est familiare Gal. sola frequentia tradere. Itẽ: ad putredinem sufficit corruptio innati caloris ab extraneo. 4. meteororum: sed ea potest accidere multis alijs de causis: nam vna cõtracta humorẽ ducit ab vna & ab aere pestilente humor corumpitur, & si innascitur sponte venenũ in corpore, cur non innascetur etiã pestilens putredo in humore? Quod autẽ locus. 11. Therapeut. intelligandº sit de frequenti causa, declarat quod iungit: illa tĩm putrere quæ calida humida sunt & in calido humido loco cõtinetur: Certũ est enim aliqua frigida & in hyeme putrere. Quod autẽ hic addit (multa) videtur aduersari. 4. methe. 1. asserenti, magis repugnare putredini magna paruis. Dic: simpliciter magis durant magna, quia plº obtinẽt de calido inato: vbi vero putredo oritur ex prohibito effluuiõ, copia, quia auget obstructionem, magis parat putredini.

Ad-

oborto
 an
 per
 fere
 ratione

ad febres part. lib. 6.
 locis 5. de semina mu
 ius fubstante

Aduerte secundo: de duplici plenitudine, sententias aliquot ex libro de plen. & de ratione curandi per sanguis missionem. Prima: Nomen generis est ex excessus vel abundantia: & dicitur de quavis re aucta, ita vt etiam de qualitate. 8. Therap. i. frequentius autem medicis dicitur de excessu humorum. Is excessus triplex est: cacochimia, plenitudo quoad vires, plenitudo quoad vasa. Cacochimia dicit excessum cuiusuis humoris preter sanguinem in quantitate: non enim (quod multi putant) cacochimia dicit intemperantiam humoris, sed excessum quantitatum humoris non sanguinei: qui ideo dicitur peccatum qualitatiuū humoris, quia in eo statu abundat humor prauus facta ad sanguinem collatione. Ostenditur: quia nec cognitio cacochimix, nec curatio conuenit peccanti humori per intemperiam, sed per quantitatem: quia nec nota ex colore, nec purgō appositissimum remediū cacochimix. Et quod maius est lib. plen. ii. si sanguis vasorum vel quod idem est, omnes simul humores redduntur ex quouis victu intemperati, non est cacochimia, sed intemperatia sanguinis: sicut si vnus reliquorum humorum similiter intemperatur, diceretur intemperies illius, non cacochimia:

Plenitudinis differentia.

in 2^o lib. de 2^o cap.

17.

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

& horum vitiorum vtrunq; alterate cōtrario sanabitur, nō purgatiōe: nisi forte ceu noxium inemendabile præstet educere ex corpore, licet non superfluat quātitate. Secunda: plenitudo quoad vires sigāt copiā humorum grauatiū vires sine excedat, sine nō quātitatem naturalem pristinā: & appellatur $\pi\lambda\eta\theta\omicron\varsigma$ plenitudo vel multitudo: licet latius plenitudo sicut græcis $\pi\lambda\eta\theta\omicron\varsigma$ dicatur etiā de ventriculi repletiōe, & d. cacochimia. 3. ep. sect. 4. 74. Huius plenitudinis perpetua nota est, grauitas in parte, vel in toto vbicunq; adest plenitudo illa: sigātq; auctū sepe solum sāguinem in vasis, vel toti, vel partis. sæpe etiā sanguinem cum humore aliquo ex reliquis. Omnis em̄ humoris excessus si simul augetur sanguis affert notā grauitatis indicātis subesse plenitudinem quoad vires. In ijs aut̄ speciebus duabus plenitudinis quoad vires conuenit flōia maxime: siue insit toti, siue parti, siue inflāmet, siue solū grauet. Tota difficultas est, num alij humores aucti citra sāguinis augmentū possint inducere grauitatē, & ita plenitudinem quoad vires. de quo Gal. de plen. 10. respōdet solābilem auctam, non posse aliquā ex plenitudinibus duabus inducere, quia prius inducet alium morbum, quā per sui augmentū grauitatem

mem-

membris, & multo minus tensionem vasis inferat:
 pituitam vero posse, vt in yposarea: atrabilis mi-
 nus, quia alia signa affert euidentiora, tetricū aspe-
 ctū, irationalem molestiam. Quando ergo graui-
 tas est ex aucta atrabile in vasis, ex qua reddi sanguis
 & crassus & ater, licet non simul increfcete sangui-
 ne etiam cōmendat Gal. floīam de floīa. 6. quia nō
 deijcit valde vires melācolia, & sanguini permixta
 est, tanq̃ illius fex: Et condēnat nō flobotomātes in
 ea abundātia. Si vero grauitas nascitur à copia cru-
 dorū humorū, timet floīam propter sequentem de-
 bilitatem ad copiam crudorum cum frigiditate,
 & inutritiōe: quare ante febrē caute float, presente
 ea, si vis debilis est nullo pacto, citato de floīa, &. 12.
 Thera. Sed quomodo in eo cap. ait plenitudinem,
 quoad vires fieri ex aucto sanguine, vel copia cru-
 dorum, non memorās melācholiā: capite autem
 10. ait crassi sanguinis abundātiā, vt plurimum
 esse melācolicā, raro crudorum succorum? Dic:
 grauitas cum sit debilitatio virium nascitur, vel à
 multo sanguine grauatiū humorū, vel à copia cru-
 dorū nō alentiū vltra grauitatē, crass^o autē sanguis
 redditur sæpi^o ex mixta atra, rari^o ex mixta pituita.
 Tertia s̄nia: plenitudo quoad vasa appellatur pletho-
 ra male:

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

male enim confundunt multi plithos & plethorā. Est enim plithos genus ad vtrāque plenitudinem. plethora sola quoad vasa de plen. 6. importat plethora excessum humorum tantum, vt vasa periclitentur rūpi: quod fieri non potest. nisi excedēte solo sanguine, vel omnibus simul humoribus, ita vt seruetur antiqua proportio, aut vnus inter eos parum excedat de plen. 7. Iudicauit enim vere antiquitas non posse cū vita fieri vt vnus humor citra sanguinis augmentū tantopere intra vasa abūdet, vt periculose vasa distendantur, quam affectionem vocarūt plethorā. Huius perpetua nota est tensio maxime iūcto rubore, vel calore vel tumore vasorū. Cuius perpetua sanatio est sanguinis missio, & adhuc magis si iūgitur lassitudo phlegmosa: que vltra tensionē addit calorē & pulsū, tensio enī ait lib. ple. 7. nō precedēte fatigē sufficiēter adicat sanguinis copiā, & magis iūcto aliquo ex signis abūdatis sanguinis. Licet autem Galenus magis recipiat ad agnitionē phletorę nomen tensionis, vulgus magis cum erasistrato vtitur nomine tumoris vel turgentix, quā tensionis ex Galeno.

Quarta sentētia: non videtur inutilis doctrina erasistrati. licet reiecta de plenitudine. 6. quod nota incipi-

entis

entis plethoræ fere fit auctum virium robur: perfectæ autem, tumor & plenitudo vasorum, & totius. Fere enim ita apparet experimento, & ita pronunciant homines. Gal. autem reijcit primam notam: eo quod, robur viriū pēdet ex tēperamēto, & bona nutritione solidorū, non ex copia sanguinis: cū ea magis grauet. Sed ipse vndecimo Therap. 1. & 3. ex quantitate & qualitate spiritum, carnis, & solidorum constituit robur virium. Antequam ergo sanguis propter copiam conculcetur, & putreat, fere vires augentur. Sed quo modo hic sequitur ex aucto sanguine robur, si paulo ante sequebatur gravitas & segnicies ad motus? dic: aucto sanguine sequitur augmentum animalis spiritus, & proinde facultatis deferentis: sed simul augetur pondus ferendum ex graui humore: si ergo modice augetur cum temperamento, sequitur robur: si immodice, vel cum corruptione gravitas sequitur. Num autem sit recipienda Galen. doctrina de plenitudine decimo, quod robur solū cōsistit in bona nutritione solidorum: caro vero, adeps, & humores aucti augent pondus, non facultatem deferentem, merito vertetur in dubiū. Varie enim docet Gal. in quo cōsistat robur cuiusq; facultatis. nam. 4. Ther.

vid. Archudius in

quibus i. p. dicitur
fit aucto eū dicitur
mucha p. u. d. e. h. u.
mucha h. u. d. i. u. u. u.
L. u. u. u. u. u. u. u.
ne aucto h. u. p. u. u.

ex mente Gal. h. u. d.
Sunt i. p. d. i. u. u. u.
u. u. u. u. u. u. u. u.
u. u. u. u. u. u. u. u.
L. u. u. u. u. u. u. u.

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

4. imbecillitatem omnē ait esse validum intēpera-
 mentum, robur autē temperamentū: verum .3. sim-
 plicium .26. & .5. de locis vltimo. addit vtriq; affe-
 ctui vnitatem & cōpositionē, alibi bonas, alibi ma-
 las: nam debilitatem ait quandoq; esse solutionē
 vel diuulsionem vasorum, vt in superpurgatione,
 vel raritatem ventriculi in chylificatione .11. autē
 Ther. .1. & .3. facultatem locat in temperamento &
 quantitate spiritum, carnis, & solidorum: hic vero
 ait, eam esse tēperiem tantum solidorum cū quan-
 titate bonæ nutritionis: & in illis per tota manere
 facultates, non mandari ad illa per nervos, vel arte-
 rias. In quibus vltra varietatem, non explicantur
 potissima principia operātis in animali facultatis:
 Primū eū agens est animi vis, quā vocant faculta-
 tem in cerebro residens: proximum qualitas quē-
 dam alia à qualitatibus quatuor instar lucis repente
 membris cōmunicata, à principio per nervos aut
 arterias: tertium est, sanguis & spiritus quē vocant
 calidum innatum qualitate temperata, quantita-
 te modice aucta: quæ in senibus deficientia reddūt
 omnes finictiones imbecillas. Reliqua omnia vi-
 dentur magis delata quam deferentia, ossa, carnes,
 adeps, humores.

Nota

superpurgatio 27 et 28

Quinta sentia: abundantia humorum alia referuntur notæ de plenitudine vltimo: quædam magis, quædam minus sciëntificæ. Tensio, sanguineque copie, vlcerosus sensus, mordacium humorum, grauitas, crassorum. Proprius item cuique humori color, si æqualiter sparsus est per corpus humor. Reliquæ notæ minus sciëntificæ fere petuntur à ventriculo & capite: nempe, fastidium, appetentia, sitis, somnus, vigilia, affectio animi varia: accedunt item indicia ex ante acto victu, & ex sex vocatis naturalibus. Nec oportet cum quibusdam ex cogitare, cuique humori suam lassitudinis speciem: satis est explicasse notas: quarum quevis efficit coniecturam, plures sciëntiam, citato.

Aduerte tertio: inter hæc tria sub silia, cacochimia semper distat re à plenitudine quoad vasa, sed potest coire ^{plethora} & cacochimia: vt quando solus sanguis, vel omnes humores abundant iuxta antiquam proportionem, & cum hoc aliquis humor præter sanguinem momentanee auctus est. Cacochimia vero & plenitudo quoad vires possunt coire: sicut plethora & plenitudo quoad vires, licet ratione semper distent. Memorandum est autem ex Therap. 4. copiam, crassiciem, & lentorem esse

*quædam sunt humores
quædam sunt in corpore
sunt humores*

Capitulum

*ca. de humore plethorico
de humore cacochimico
vt supra de sanguine*

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

causas obstruentes: quia idem potest crassities, vel lentor in pauco, quod copia in humore, nec crasso nec lento. Ideo crassa alimenta vel glutinosa morbosa sunt, licet sint boni succi, quia obstruunt. Sicut attenuantia morbosa, quia mali succi, & minimum alentia. Ideo ambo illa genera eduliorum, reprobatur lib. de euchymia. 5. De putredine autem contenta in parte, proponit exemplum frequentissimi flegmonis: quo nomine hic late sumpto complectitur etiam erysipelas, & carbunculos.

(*Calidiores autem.*)

Capit. 4. **T**radit causam mixtā, nempe aerem æstiuū, qui calore inducit febrē per vicinitatē diariam: putredine autem in constitutione pestilenti, putridā. Explicandę sunt in hoc loco difficultates. Prima: qualis sit diuisio morborū, de qua hic fit mētio, incōmunes & dispersos. Secūda: quomodo distāt, morb⁹ epidemicus, pestilēs, cōtagiosus, hereditarius, venenatus. Tertia: in quo cōsistat contagio. Quarta: cur ex morbis quidā sint cōtagiosi, quidā secus. Quinta: num cōtagiosi morbi inducāt morbos sibi dissimiles. Sexta: num per oculos fiat talis cōtagio, quā vocāt fascinationē. Septima: pestillēs febris

febris quomodo distet à non pestilenti.

De primo: secatur morbi in proem. epid. & lib. de aere & aqua, in cōmunes vel vniuersales, & particulares vel dispersos: vniuersalis est qui multos vno tēpore infestat, particularis qui diuersis. Rursum vniuersales diuidunt in endymos, vel publicos, idest loco alicui familiares, & epydemicos vel populares, quos vagari accidit, inuadentes vno tēpore multos e populo. Inter populares vocatur pestis vel pestilens morbus, epydemicus plurimos perimens. Vnde colligitur distare febrem pestilētem à peste. Nam iuxta finitionem dictam multa possunt esse genera pestis, quod notauit Gale. 3. epide. sect. 3. 2. & 35. & .1. acutorum. 5. etiam citra febrē. Febris autem pestilens, est certa febris species, quæ mortales quandoque citra pestem corripit: cuius peculiare symptoma est colliquatio .3. epidemiae sect. 3. 57. & hic aliquam febrem pestilētem ait oriri, ex praua humorum putredine, citra contagium in aere vagans. De causis autem, vtriusque generis morborum, scribitur lib. de natura humana sect. 28. ^{in om. partibus} communes ab aere ortum habent, ^{ut febris pestilens} dispersi à vitu qui sauscuique est. Sed contra: in lib. de flatibus post diuisionē morborum dictā, sequitur (vtrorūq; causa

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

causa aer est.) Secundo: membra diuisionis non oppo-
nuntur sed sub alternatur: nam victus cōtinet in se
aerem. Tertio: quia aqua vitiosa, & alimētum, citra
 aeris vitium sunt causa morborum communium,
 lib. de natura humana citato, & apud Paul. lib. 2. &
 Orib. lib. 3. in fine. Quarto: nō videtur epydemicus
 omnis morbus qui multos e populo corripit vno
 tempore: alias, morbi familiares temporibus, aut
 ætatibus, aut naturis essent. epidemici, contra Gal.
 3. Aphoris. Quinto: supponit aerē putrescere con-
 tra Arist. 25. problematum. 19. asserētem aerem &
 ignem non putrere. Dic ad primum: (licet liber de
 flatibus non recipiatur pro hypocratico.) vtriusq;
 generis morborum causa est aer: scilicet cominu-
 nium solus, dispersorum autem tanquā concausa:
 determinatur enim certa morbi species, ex aere
 cum prauo victu. Ad secundum: membra diuio-
nis sunt aer inconstans, & victus cōplectens etiam
aerem, sed cōstātem: & ita opponuntur. Ad tertiu:
aqua & alimentum vitiosa, reducuntur ad malitiā
humorum aptā pessimæ putredini: talis autem ma-
litiā simul cū aeris calore, est vna causa pestis, ex Ga-
le. hic. Alia vero causa & frequens, putridus aer: &
ita vere potuit dici morborū cōmuniū causam esse
 aerem.

in codicibus videtur
 esse, cadit v. l. p.
 per l. omnia q.
 vigilia, mo. l.
 p. quibus

conuenit videtur ad offide
 quia no nullus
 morbus an ad eorū
 anti

habetur ac sufficit
 in se. p. aer
 hanc concausa de
 hanc hanc vna

omni aerem et ali
 quibus vna di
 anti in p. hanc
 ex hanc vna hanc
 hanc vna hanc
 hanc vna hanc
 hanc vna hanc

LIBRO

III

aerem.

aerem. Ad quartū: in anno cōstātī nō corripit mul-
 tos aliquis morbus: pauci autē dispersi, vltra causam
 ex prauitate victus, determinantur ad certā speciē,
 ex tempore anni, natiuo temperamento, & atate:
 vnde fiūt morbi vernales, vel autūnales, iuueniles,
 vel seniles, licet sint dispersi: de quibus egit Hypo-
 crates. 3. Aph. sicut de endimis lib. de aere & aqua,
 de epidemicis, aut in epidimijs. Ad quītū: 4. meth.
 1. scribitur ōnia putrere prēter ignem: cum ergo in
 problematis asserit aerem non putrere, de suprema
 regione agit, quæ igne referta est. Non putret autē
 ignis, tum quia non patitur mixtionem, nam prop-
 ter vehementiā agendi, omnia cōuertit in sui natu-
 ram: occasio autē putrescendi mixtio est: tum quia
 quod putret, necesse est superari a calore externo:
 nullus autem calor maior est igneo. Si vero aliqua
 alia conceduntur non putrere, intelligenda sunt dif-
 ficillime putrere: vt aurum, & oleum, sicut Gale. 1.
 de Antidio. dicit omnia senescere, prāter vinum:
 videlicet, quia tardissime senescit.

De secundo proposito: epidemia importat cōmu-
 nem vagationē morbi tantū: contagio remissionē
 fomitis ad vicinū aerem: hæreditarius cōmunicat
 fomitem semini: & ita tria hæc genera morborū,

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

simplicem significationem habent. Deleterius autem morbus importat qualitatem vitæ aduersam, quam fere sequitur perditio. Pestis vero significatio magis composita est: importat enim vagationem epidemiæ, contaminationem contagiosi, & qualitatem venenosam deleterij, simul iuncta.

De tertio proposito: cõtationis causæ videntur esse quatuor, quas fere memorat Arist. 7. problem. 7. Prima: putredo aliqua in humore, quod contendit Fracast lib. de cõtatione. Fomes enim non exurgit momentaneus, sufficiens inducere affectum: ab humore quieto, sed á moto: non potest moueri ad contagiũt á calore innato, quia ille emédatur malitiam fomitis: non ab extraneo comburente, quia talis dissipat fomitem: ergo ab extraneo putrefaciente. Neque obstat: quod cattarrus, morbus gallicus, & rabies, sunt cõtationosi sine febre: quia in illis est aliqua putredo, non sufficiens ad febrem. nũ autem éconuerso, omnis putredo sit cõtationosa, videtur: argumento, quod cum primum corripit febris putrida, aliquem edomo, consequenter alij in eadem domo inficiuntur: verum magis, & minus, iuxta varietatẽ reliquarũ, quatuor causarum. Nam tertiana cũ habeat calorẽ multo acriorem, propter

defe-

defectu tamen lentoris minus cōtagiosa est, quam
 stumē, & astmata. Altera causa: lentor fomitis len-
 ta enim omnia hærent, nec integre dissoluuntur:
 vnde per moram imprimunt. Tertia causa: locus
 cutaneus vt scabies: & magis, si membrum est cute
 nudatum, vt ophthalmia. Quarta causa: locus expi-
 rationis, vt cattarrus propter expirationem cere-
 bri, & phtyfis propter expirationem pectoris.

De quarto: colligitur multos morbos esse con-
 tagiosos, licet vario gradu contagij. Quomodo er-
 go. 1. problemat. 7. solam pestilentem vocat cōta-
 giosam? Dic: non pugnat secum, qui .7. problema.
 7. numerat multos alios: sed videtur more vulgi,
 vocare cōtagiosum eum morbum, qui & vagatur
 & cū periculo vicinos afficit, qđ sola pestis habet.

De quinto: difficile est afferre causam, cur ad fo-
 mitem morbilli, non sequatur aliud quam morbil-
 lus, & ad fomitem cattarri nihil aliud quam can-
 tarrus. Occurrunt illi fomites oēs prius cuti, quam
 reliquis membris: & tamen fere non imprimunt,
 nisi in certum membrum, & certum morbū. Fra-
 castorius & Fern. 2. de abditis refferūt hæc ad natu-
 ralem analogiam vel (quod idem est) ad proprie-
 tatem occultā, vel vim cælestē impressam fomiti.

Ex

*Nota
 casus contagij*

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

Ex quo influxu putant fieri, vt non nunquam in anno salubri vagetur certus morbus epidemicus, & in anno inconstanti quandoq; non vagetur: Inde putant fieri, vt modo vagentur pleuritides, non aliud: modo inflamationes epatis, non aliud: quod incerto tempore crises eueniant per sudore plurimis, in alio per fluxum ventris: quod modo pereant plurimi tales, modo saluentur oes: quod in petro humor crudus occupet omnes glandulas corporis, nullum autem articulum: in paulo vero, oes articulos, nullam glandulam: quod aer pestilens etiam citra quod putrescat perimat plurimos: quod fomes strumosi inducat strumas non aliud, opthalmici vero opthalmias, non aliud: & putant hanc proprietate esse illud diuinum, quod Hypocrates in prooemio praefogiorum comendauit summo opere considerandum in morbis. Galen. vero conatur haec omnia reducere ad elementales mixtiones, per quas vnus fomes comunicat cum vno membro, vel affectu, non cum alio, licet illud sit difficillimum tueri. Num vero producant contagiosae affectiones alias sibi dissimiles. Dic: possunt producere imbecilliores affectiones, quando exiguo tempore operantur, vel morae temporis amittunt vires, apud Diasco. prooemio lib. 6.

De sexto: ostenditur possibilitas fascinationis, experimentis multorum, qui nostro æuo coacti sunt secedere ab humana conuersatione, ne fascinarét proprios liberos, vltra sententiam Plinij lib. 7.2. & Solini de familia apud Lybiam. Nam dictū beati Pauli ad Galat. 3: quis vos fascinavit Galatę: & Vergilij in bucolicis: nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos: per methaphoram dicta sunt: primus modus fascinationis ostenditur: supposito ex lib. 3. de locis. 7. & lib. 6. cap. 5. intra nos posse nasci venenū: & quod magna ex parte mandatur ad extrema, tanquam ad ignobilia: nam in animalib⁹ salubribus multis, caput, cauda, dentes, & spinæ delectæ quiddā delectereum habent: ideo quadrupedū caudæ reprobantur à Rasi. 3. Aphor. 4. & glans supra posita ano galinarū. Et lib. de Tyrea: ad pisonē extremas vtrinq̄ue partes viperarum, ceu multo veneno abundantes abijci præcipit. Scorpius (alacrā) in cauda habet venenū. Pastinaca marina (vja) in radio. Coruus marinus (peixe aranha) in ceruice. Murena (morea) indente: & Myrus (mirā.) Imo & morsus hominis lethalis traditur alijs hominibus, apud Rasim, Dioscori, Auicenam. Vnde masticati cibi interdiciuntur infantibus, maxime

DE DIFFERENTIIS FEBRIUM

á ieiunis nutricibus, quandiu alimenti per mixtio-
 ne non est obtusa vis illa dentium deleteria. Et pa-
 nis de morsus á muribus reprobatur: infantium vte-
 rina infectio ad cutem per exanthemata mádatur.
 Venenati cutis maculosa redditur. Capita colum-
 barum reprobantur á Zoar in proemio. Et capita
 pisciú á Tralliano cap. de epilepsia. Et corruptum
 semen, menses aut humores ad caput mádant de-
 leterias auras, vnde frequēs est epilepsiarum occa-
 sio: & alimentum cutis vniuersaliter reprobatur,
 Galen. 4. acutorum in fine, cutis ipsa suscipit excre-
 menta corporis in scabiosis, elephantiasis, stru-
 mosis, inflámatis, prurientibus, cancerosis, & quo-
 uis modo tumétibus. In febribus auté putridis quia
 putredo ad cutem mandatur, primus qui secta vena
 extrahitur ságuis putridior est. In inflámatiõe pars
 puruléta extrorsum tollitur. Imo & infructibus sū-
 mus apex, & imus pediculus, & extrema membrana
 auferuntur, ceu viliora. & folia olerum externa. Er-
 go in plurium capitibus cõtineri potest deleterius
 humor, cuius vapor si fuerit létus insigniter ledit.
 Altera sumptio est: fixationem oculi veheméter im-
 primere vaporé capitis rei visæ. ná infixione oculi
 multus spiritus mádatur ad oculum: ideo ex it. teta

visio-

visione fatigantur oculi. Simul autem cum multo
 spiritu accedit ad visile vapor noxius: eó quod ocu-
 li cute nudati sunt. quem admodum ergo ab oculo
 ophthalmico transit vapor manifeste noxius, in ocu-
 lum conspectū, & inducit ophthalmiam: ita ab ocu-
 lo fascinātis exit vapor occulte noxius, lædens cō-
 spectum: maxime si conspectum est valetudinariū,
 vt infantes & foeminae. Sed cur plures fascinantes
 foeminae sunt? quia retenti menses facile transeunt
 in deleteriam qualitatem, quod monstrant symp-
 tomata præfocatarū & fere feruntur ad caput: quod
 dolor capitis in retentis mensibus indicat. Cur in-
 ter foeminas maxime vetulae fascinant? quia men-
 ses in illis iam retenti per ætatem promptius vertū-
 tur in venenum. Nam licet sit illis naturale retine-
 ri, retentū tamen prauum excrementū, prae vitia-
 tur. Vnde per eam ætatem magis tentantur libidi-
 ne: maxime quibus non ita pridē restiterūt. Nam
 assuetudo separandi noxium, vt ad fontē mandetur
 inducit perpetuo insignia dāna, quia retenta purga-
 tio titillat: ideo masticati cibi tempore mensiū pro-
 hibentur lactantibus, tanquam noxij propter vapo-
 rum corruptorū contagiū, ex humore moto. Cur
 fascinator ieiunus & in æstate, & vbi præcessit affe-
 ctio.

*Nota**nota**nota*

ctio.

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

Nota
 actio animi valida, vel motus humorū impetuofus,
 magis fascinat, in contrarijs statibus minus. quia
 pravi humores agitati plus vaporis deleterij com-
 municant oculis. Cur ergo cadauera, & qui vene-
 num fumpferunt, & febrientes putride, non fasci-
 nant? quoniam in talibus humor fere non est vene-
 nofus: & quiescit, & cutis cum oculis densatur: nec
 adest intentus aspectus: neq; calor cum lentore re-
 quisito ad contagium. Cur maxime creduntur fas-
 cinati quæ opima sunt & pulchra? quia talia corpo-
 ra alterutra plenitudine laborantia, dixit paulo an-
 te Gale. promptissima esse ad febres, ideo iubentur
 statim vacuari. 1. Aphorif. 2. & apud Celf. lib. 2. cap.
 2. Cum plenior quis & rubicundior feipfo fact⁹ est,
 fufpecta habere bona fua debet. Cur oculi fascinātis
 non læduntur ab innato veneno, oftensum est. 3. de
 locis. 7. Alia poffibilitas fascinatiois creditur, ex vi
 individuali cæleſti noxia: ficut quorundam oculi
 contra creduntur, habere vim beneficam ad res in-
 ſpectas, vulgo (benzedeiros.) Tertius modus ex
 cōmercio cum dæmone lædente: quod confefsi
 funt, quidam ex fascinatoribus beato Thomæ ad
 Galat. 3.

De feptimo; cum febris peſtilens diftet à cæteris,

in

in eo quod plures perimat, & promptissime inficiat, referunt causam nonnulli, ad mineram putredinis: quæ in pestilente est cor. Alij ad prauitatē putredinis. Alij ad putredinē cordis ipsius. Galen. hic frequentem occasionē putat esse putredinē continētis, vel calorē eius multum cum praua qualitate humorū. Sed videtur certius, cum Arab. & Fern. admittere pro causa, qualitātē deleteriam cōmunicatā aeri à cælo. Prima ratio: multæ pestes sunt sine febre, aliæ cū febre intermitente. 3. epidemiæ. 3. Rursum quædam pestis, febris est diaria vt sudor brittanicus, alia æthica in qua cor ipsum putret. 3. de prælagat pulsuum. 3: causa interitus, communis inuenienda est: non in minera cordis; non in putredine praua; non in putrido corde: Alia igitur causa esse non potest, quam deleteria qualitas, modo in spiritu, modo in humore, modo in membro. Item, si subesset putredo, putridum communicatum vrinæ necessario turbaret vrinam, & sedimentum, & colorem: quod non apparet. Item, calor eximius putridus valde mutaret pulsum: cum tamen multi remisissime febriāt. 3. de prælagat pulsuum citato. & decimo simplicium. 5. Item: non sequeretur ad illam putredinē, tam citus interitus (multi enim fere repen-

*ene feb. gest. & dicitur
mag. facit*

2^a cr

*probat cum no ca
putredine*

2^a no

3^a no

repen-

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

3^a ca
 repente occumbunt,) nisi ad qualitatem dileteriã,
 vt in fossis nuper apertis, apparet item occulta qua-
 litas, quia modo corripit pestis hoc genus anima-
 lium, modo illud: & modo hos homines modo il-
 los. Nec sanarentur per exiccantia cordialia, nisi
 hac natura pollerët, humiditas enĩ exiccãda (quod
 Gal.) ait quãdoq; in alijs febribus præpoller. Quo-
 niam autem venenum est, id circo etiam in corde
 residet: siue quia sponte sua venena inter membra
 cor petunt, sicut quãdam alia externa, certa mē-
 bra in corpore petunt: siue (quod Fracastorius ait,)
 quia fugientes spiritus venenum externum, ad cor
 refugiunt, deferētes iam secum veneni seminariũ.

(Oportet enim.)

Docet aptitudinem passi plurimum posse ad pestem
 inducendam.

2^a
 A Duerte primo: dispositiões corporis aptas pe-
 sti. Prima est: excrementa multa in corpore
 quando pestis oritur ab aeris putredine: vel humi-
 ditas multa interna, quãdo occasio eius est externus
 calor. Secũda dispositio: obstructio pluriũ meatuũ,
 omnes cum vita obstrui non possunt. Non obstat:
 quod prima quarti doctrina. 4. cap. 1. corpora dila-

torum

ratorū pororum scribūtur aptissima: quia videtur lectio corrupta, cum ibi Auicena transcribat sententiam huius loci, neq; refellat eam. Non obstat. 2: quod per poros latos trahitur putridus aer amplior: quia læsio in pestilenti aere, non nascitur ex amplis poris, sed ex multo calore interno, trahente ad se copiosum aerem: Nam si is intro non adest, latitudo pororū non est causa, cur plus aeris trahatur: vnde magis offenduntur iuuenes quam senes, & sanguinei quā melācholici, & viri quam mulieres: & ideo lib. de natura humana sect. 2. 10. reducit præcautionem pestis ad duo capita: nempe loci mutationem. & pauci aeris sufficientiā. Non obstat tertio: quod senes & debiles minus corripuntur, qui tñ videtur cōstare de his poris: quia senes sunt rariores iuuenibus. 6. epidemiæ sect. 5, 6. Tertia aptitudo est plethora: ea enim si simplex fuerit, auget obstructionē: si vero iūgitur cacochimia, præparat putredini. Quarta est: otium & crapula, quia licet sint cause cacochimie & plethore, & ita videatur iā numerata: accedētia tñ de nouo cōstituūt quartā causam. Neq; obstat: quod tertia primi doctrina quinta in fine docetur præcautio pestis cū otio & flabellatiōe: quia per otium intelligit modicum exercitiū: & flabel-

lacione parat sufficientiã exigui aeris. Quinta: libido cū cruditatibus: quia prior minuit innatū calorē repugnantem, cruda autem facile corripuntur ab extraneo, quia non obtinentur ab innato?

Aduerte secundo: quæ corpora febribus oportuna sint, fere Galenici ex. 8. Therap. 7. & 8. constituunt ordinē contra Auicē. 1. quarti. 2. sequentē.

Cal. siccum. Calid. humid.

Calid. tantum. Siccum tantum.

Temperatum. Frigid. siccum.

Frigid. tantum. Humidum tantum.

Frigid. humid. Qui tamen ordo licet pro-

teruendo possit sustineri, pugnat cum experientia plurimum doctissimorum medicorū, & ratione. Nā qui crebro in vita vel sponte sua, vel ex leui occasione febricitat, fere sanguinei sunt, experimēto Arabū, Nicolī, & meo. Rationē itē: nam licet siccitas valde disponat corpus ad inflātionem, & humiditas repugnet, & ita ad febrem: simpliciter, vt febris est magis proni sūt biliosi, sicut ad putridas sanguinei, quod ex ipso constat Gal. Verū illi frequentius febricitabunt, qui aptiores sunt ad febres quæ frequenter inuadūt: inuadūt autem frequentissimo experimēto febres ex obstructiōe densata cute: diar-

riæ, & ex cruditate, & putride oēs: sed putridis magis patent sanguinei, sicut etiã obstructiõni cutis propter annexã plethoram. In cruditatibus aut dicente Gal. citato, eque biliosis corripitiũtur: ergo ad frequẽtes febres paratior est sanguineus. Si aut Gal. numerat in primo ordine biliosos, aperte explicat, non agere se de reperaturã magis obnoxia febrì simpli, nec febribus frequẽtibus, sed quoad hæc duo: nempe quoad casum in diarias, & quoad casũ in putridas post diarias, si in diaria nõ cibantur: quod vitiũ erat cõe suo tempore. Imo in ordine frigiditẽ, & humiditẽ solam cõsiderat læsionẽ ex fame tolerata. Nam, qd attinet ad casũ in diariã remotior est frigidustẽ. quam humidustẽ quoniã frigiditas magis repugnat essẽtiæ febrili, sed in læsione cõtracta ab inedia, magis læditur frigidustẽ, quam humidustẽ: nam. 7. Aphorif. 60. carnes humidas habẽtibus famem adhibere cõuenit. Fames enim corpora siccat: ergo sæpius febricitabunt in vita sua.

Calid. humid. up. ot. m. Calid. ficci. uq. boup.

Calid. tantum. uq. si. Sicci tantum. uq. qu.

Temperati. uq. m. Humid. tantum. uq. tot.

Frigidi ficci. uq. sup. obi. Frigid. tantum. uq. m.

Frigidi humid. Nam pl' oppugnat inflama-

G ij tioni

tioni febris frigiditas quam humiditas, & plus pa-
 rat febr̄i calor quam siccitas. Non obstat: quod ro-
 bur tēperati habet suam repugnantia ad morbum,
 ultra contrarietate tēperamenti, quia repugnare
 morbis in vniuersum, opus est naturæ magis, quā
 temperamēti: repugnare vero huic morbo magis
 quā illi, temperamenti & non naturæ: quia omnis
 morbi, vt morbus est ad sanitatē, par est contrarie-
 tas. Non obstat secūdo: quod sicut sanguinei syno-
 chis magis obnoxij sunt, ita pituitosi quotidianis,
 biliosi tertianis, quare non oportuit vniuersaliter
 pronunciare, sanguineos omnibus putridis esse pa-
 ratiore: quia reliqui solum incidunt in putridam
 quando vnus humor ita augetur, vt non reguletur
 a natura: sanguineus autem quādo quiuis humor,
 propter generalem aptitudinem ad concipiendam
 putredinē. Per sanitatem enim male olent, dicebat
 Gal. citato: quare frequētius incidet in aliquā putri-
 darū, quam reliquæ tēperature. Non obstat tertio:
 quod apud Auicena citato, quāto humiditas magis
 superat calorē, tanto est putridinosior natura: ma-
 ior est autē proportio humidi ad calidū in humido
 tm̄, quā in calido humido: quare humidū tm̄ oportet
 locari in i. ordine. Quia maxime parās febr̄i
 est

est excessus caloris, qui deest in humido tantum. Supposito autem pari calore, quo plura humiditas excesserit, eo reddetur natura putridinofior. Non obstat quarto: quod 14. tertij. 6. in homine epatis frigidi multiplicantur febres: corpus autem fere sequitur temperaturam epatis. quia corpus magis sequitur propriam temperaturam vel cordis: frigiditas enim epatis in imprimendo in corpus, facile vincitur a corde. 2. artis. aptitudo autem illa per accidens sequitur ad serosum sanguinem talis epatis, ebullientem ex facili occasione: quod pari causa accidit ijs qui se ingurgitant per aetatem fructibus horarijs. Videtur tamen durum cum Auic. asserere homines epatis frigidi frequentius febricitare, vel sanguinis serosi, licet iungatur sanguis serosus, debilitas epatis, obstructions. Primo: quia syllogismus videtur concludere: plures calidi incidunt in febres quam frigidi: ex calidis hominibus plures habent epas calidum quam frigidum: ergo plures incidunt in febres habentes epas calidum, quam habentes illud frigidum: siue illa aptitudo sit per se, siue per accidens. Nec minus illa: foeminae abundant sanguine seroso supra mares: oportebat ergo contra experientiam saepius infestari febribus.

Aduertet tertio: quod tempus anni sit morbo ap-

tius & quod particulatim pesti. De primo: 3. apho-
 rism. 9. scribitur, ver saluberrimū, autūm^o morbo-
sisimus, & magna ex parte exitialis. Sed cōtra est:
 quod tertio aphorif. 20. numerantur multi morbi
 vernaes, & .1. problematū 27. asserūtur ver & au-
 tūnus inter tēpora maximē morbosa. Cōtra secū-
 dum vero est: qđ autūnus vtraq; sua qualitate re-
 pugnat putredini, quę est origo exitialiū morborū,
 & quod scribitur 3. aphor. 8. in anno cōstanti mor-
 bos euenire boni iudicij, & .2. aphor. 13. nisi cōstitu-
 tio sit pestilens, plures ex egris sanātur. Dic ad pri-
 mū: cum corpora quedā sint bene sana, quedā vero
 vel plethorica, vel cacochimica, in bñe sanis ver ra-
 ro excitat morbos, & eos salubres: sanguinei enim
 morbi sunt omnium mitissimi. 2. prælatorū. 46.
 In corpore vero in salubri excitat morbos, sed sæ-
 pius ad bonū: quia mouet ad exteriora & ignobilia:
 sicut crisis permutatiōis ad exteriora in omni mor-
 bo laudatur: licet quādoq; sequatur læsio, & mors,
 quia humor mouetur qui ante quiescebat. Ver eīm
 inter anni tēpora, somnus inter affectus corporis,
 dies creticus inter dies morbi, non sunt in se mala:
 sed ostēdunt malū in corpore latens. & hac ratione,
 ver inter anni tempora scribitur saluberrimum:

infra

infra, æstas autem superiori, qui vero decumbunt ex lōgis morbis magna ex parte pereunt in hieme vel æstate: quod Arist. scribit. i. problema. 26. centū abv troq; solstitio diebus, eo quod vis labefactata ex longo morbo insignē calorē æstatis præcedētis tolerare nō potest. & minus multo auctū hiemis frigus. Ideo. i. pbl. 17. ait qui chronicis morbis laborāt, maxime si tenes sunt hieme perire. Cur ergo tabidos ait Hypocrates. 6. epid. sect. 7. 24. fere in autūno perire aut vere? Dic: tabidi non tam pereunt ex frigore, cum febriant: quam ex mutato in actiuis aere percutiente vteratū pulmonem. Ad obiecta vero de autumno. Dic ad primum: autumnus scribitur exitialis collatione ad alia tempora: non collatione ad eos qui saluantur: plures enim etiam in autumno egrotantium in communi statu temporum, saluantur quam pereant. Ad alterum, ex. 3. Aphorif. 9: autumnus malitiam nō facit propria temperies, sed concurrentia. Primū: quia est mutatio, & ad qualitatem actiuā, & ad deteriorem. Secundū: aer valde attenuatus ex æstate proxima, interdū a calore solari inflammatur, noctū a frigore tenebrarum gelatur. Tertium: recurrunt pravi humores ad viscera. Quartum: excipit corpus plenum

G iij

adustis

quod in æstate
frigiditas ad hunc
aut est aut non

solstitia sunt duo
si decem si præ
morem recessum
si 2^m si 11^m
flet continui cal
et nimis

in solstitio
si fuerunt qua
fit per nunc
dubium cor

tempus æstatis
crecunt hanc
tum sunt mlti

et per se hanc
per facili
fiamt nō
fugiat facili

plenum in
vbi adustis
re

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

adustis humoribus ab æstate. Quintū: copia fructuū
 auget cacochimiam. Æstas, & hyems minus morbo
 fa sunt: quia solas passiuas qualitates mutant, non
 actiuas. i. problemat. 25. & 28. Cæterum ægrotant
 frequētius in æstate homines, propter imbecillita-
 tem virium: & minus pereunt: in hyeme vero ecō-
 trario. vis enim robusta per hyemen, non succum-
 bit nisi validæ causæ: sed esset difficultas de morbo
 frigido, num sit deterior in hyeme, quia impropor-
 tionalis est roburi virtutis, an leuior, quia propor-
 tionalis frigori hyemali. Et videtur, quod si causa
 in frigidās est exigua, magis resistit robur virtutis:
 si vero magna, magis resistit intemperies contra-
 ria, iuxta tradita secundo artis de repugnantia ad
 morbos, in homine temperato. De aptitudine autē
 ad pestem, autūnus est aptissimus, propter innatā
 malitiam: ex reliquis autem temporibus iudicatur
 hyemalis deterior, quia creditur origo eius ex radi-
 ce superiori.

Aduerte quarto: de aptitudine passi. Credit me-
 rito Gal. aptitudines & repugnantias ad morbum
 non esse simpliciter numerandas, sed & ponderan-
 das non secus quā indicationes curatrices. 8. Ther.
 ultimo. quo aut ostendat partē artis conseruantem
 zulus iiii 5
 appel-

flex. casiditū ad mor-
 una capi mthly.
 hū capi mthly.
 vici in morbo frigido
 sume capi robur
 vici mthly, capi qut
 ut mthly mthly

ita cu sicut sit in
 ad hū mthly qut
 hū ad sit in ad
 qut hū mthly mthly
 mthly

magis qut mthly
 mthly mthly mthly
 ad hū mthly mthly
 mthly mthly mthly
 qut hū mthly mthly
 mthly mthly mthly
 mthly mthly mthly

appellatam, & curantem, ambas esse correctiuas, vel sanantes, relegat lectorem ad caput. 13. lib. num ars tuendæ: quo loco demonstrat propositū. Addit Gal. ad actionem simpliciter vnus in alterū, requiri similitudinē inter vtrūq; in genere. i. de generatione. 7. Ad breuitatem aut, & facilitatem actiōis, requiri similitudinē etiam in specie: Vg. vt corpus corripatur feбри pestilenti in putredine aeris, sufficit quod sit putrefactibile: vt autem cito corripatur, quod habeat etiam similitudinē ad putredinem, in humorib⁹. De modo autem præcautionis, videtur discordia inter hunc locum, & primū epidemiæ, sect. 2. 7. illic enim totā rationē præcautionis ad morbos epidemicos sitam esse ait, in constituendo temperamento corporis contrario, in temperamento morbofo imminente: Hic aut eam præcautionē minoris facit, fugitq; ad corporis vacationem. Dic: illic totus timor est ex aeris in temperamento: quare intēperies corporis contraria, sicut sanat præsentem intemperaturā, ita tuetur à futura, iuxta doctrinā Hypoc. lib. de sanguinis missione. 9. In peste autē cum timor pendeat ex putredine, summa præcautionis est prohibere putredinē. Ad cautionē vero laudat Gal. vacationē. s. per fleboto-

similitudo in genere id est in

similitudo in specie id est in qualitate

*loquitur de morbo fixo
cuius quod fit per acci-*
dentem

*si hoc sanguinis missio
purgatio est cordiale
ut colorem in
id est*

botomiã vbi sanguis abundat vel detentũ est affue-
 tum profluuiũ: apparet enim experimẽto iuuenes
 & sanguineos maximẽ corripit peste: præterea in
 caco-chymia purgationẽ per benedicta: nam licet
 plures ex peste fluxu alui pereãt. 3. epidem. sect. 3. 56
 plures etiam ex peste cum fluxu euaserũt. 4. aphor.
 21. Cõmendatur maximẽ vlcus apertum: fontes:
 quare oportet, vt aperti abcessus non claudantur.
 Cõmodissima est migratio ad locum salubrẽ dũ-
 modo ij qui migrant non ferãt praua secum mali
 semina: alias roborata natura ex probo aere conata
 expellere noxium sæpe mortis occasio est. sicut qui
 ex salubri loco accedunt ad pestilentem, magis quã
 incolæ ob dissuetudinem corripuntur.

Haetenus explicauit Gal. causas quinq; febrũ:
 nã de quinta mixtione scilicet calidæ substãtię quę
 alimẽto paratur, ideo non meminit particulatim,
 quia apertior est, quã vt disquisitiõẽ egeat. Sed res-
 põdendũ est quorundã obiectis aduersus dicta: de in-
 de inquirendũ si quid prætermissum est à Galen. de
 causis febris. Cõtra causas diariarum opponunt: si
 oritur diaria nõnũquã ex calefaciẽte externo, opor-
 tebat ablato externo calefaciẽte cõfestim minui fe-
 brem: at qui apparet sæpe cessante causa febrem

aut

aut incipere aut augeri: non igitur ab eo pendet.

Dic: causa externa imprimit in corpus, corpus ipsum in spiritum cordis, is spiritus quam primum calefactus est, licet cesset externa causa, pergit calafacere corpus, quare febris augetur: non aliter quam lignum ab externa face inflammatum, quam primum aliqua parte versum tñt in prunam, extinguita licet face, comburit vniuersum lignum. Secundo: calor inductus a calefaciente externo remissior est calore cordis: ergo magis remittet quam intēdat, spiritus calorem & cordis. Dic: res natura sua calidissima, eb exiguo calefaciente inflamatur, sulphur a scintilla, vapor lucernę a flatu, spiritus a corde, cor ab externo calefaciente. Adde: quod ab externo calefaciente sanguis inflamatur, quare aer permeans vasa non sufficit in frigidare cor: quo fit vt excādescat. Tertio: nisi intercederet in corpore alia causa ultra externum calefaciens, semper sequeretur febris ad illius præsentiā, contra rei euentiam.

Dic: liquatio a solo calore prodit, nulla intercedente causa: & tamen lutum non liquatur a calore solaris propter ineptitudinē passi. Quarto: in initio inflammationis visitur diaria antecedente rigore: & tamen rigor est propriū symptoma humoris: ergo

diaria.

*de hoc multo qd
Sine finē qd tract
de gātō lib. 1. de arte c
hina*

*quandū aliqd ē in cale-
pendet acā externa, qd
tam ē in calefactū mō
det ab calore cā libet
effluere in calefactū qd
cā in calore et nō*

*corde in calore ut nō
in his qd sēp dicitur vnde
hī qd sēp*

*Caliditas ē spūs cordis quā
or*

*ax. n. continua fēp ad
frigidandū cor si per cale
visibē exordū qd cor*

*Spūs ē qd in calore
in aliquo fuit facta nō
nō minime propter
indigē sūb*

putrido iungatur calor actualis viuentis hominis; non sequentur effectus illi: sed solū aderit calor velut potentialis, putridus; cum humores & membra defunctorū rigeāt. Quod enim putrida fuligo cōmunicata cordi sufficiat ad inducēdam febrē, apparet: quia si mora in aqua calida balnei inducit deliquiū, & mortē, cur nō magis calida fuligo cordi cōmunicata? Quarto: ostēsum est. 2. artis, nō trahi ab arterijs ad cor aerē: ergo nec fuligo trahetur ad cor à crute inflāmato. Item in scabie, elephātiāsi, & cācro, multa putredo adest, cū malo odore: & tamen non sequitur febris. Dic: in primo casu fuligo per multas pulsatiōes putrida accedit ad cor, cū corpus sit extra & intro trāspirabile: in secūdo aut casu, nō cōmunicatur putredo cordi, quia est in loco remoto à corde, vel non agitatur à calore innato, vel cōsistit in humore crasso quiescente.

Sequitur: vt inquiratur causę febrīū siquid Gal. ad dēdū est. Nā vt morbi causę quīq; lib. de causis morborū sufficienter traditæ sint, quoniā febris est vltis intēperatura, & à corde orta, forte peculiarem originē ultra illa quinq; obtinebit. Et videtur origo febris referēda ad causas in genere tres: in quib⁹ cōplectimur, & illas Gal. quinq; , & aliā non minus, imo

magis.

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

magis momentaneam, quæ propria est animatis, cum illæ quinque in omni genito locum habeant.

Prima causa: putredo humoris vel vermium vel puris, vel mēbri. Apparet enim non esse negādam hanc causam quarundam febrium: nam etiam in frigidis affectibus prope mortem, retentis excrementis: & ideo vt videtur putrefactis, sequitur febris, quæ antea non aderat. Acrimonia item caloris ad tactum, cum putredine extracti sanguinis, attestatur putredini. Cur autem putredo addat rei putrēti calorem, vulgo referunt ad calorē continentis, qui obtinēs, id quod putrefit calefacit. Sed eū calor continentis sæpe non fit æqualis, calori ebullienti in putrescente, videtur verius, opinari non aliud calefacere, id quod putret: quam innatum calorem ipsius: qui iam non coercitus, sed cum humido suo substantifico expansus, ebullit, & ardet: simul eū cum humido in pomo putrente diffluit, qui ante sicco coercitus, nec ebulliebat, nec calefaciebat: sicut enim innatus calor in pipere & calce, quandiu in subiecto constante & sicco consistit, non exercit operationem suam: vbi autem piperi accedit humiditas caloris nostri, calci vero affusa aqua, ambo ebulliunt, & comburunt: non aliter calor innatus

rei putrentis in humido vnito & diffuente calfacit: constat enim. 4. Methe. putrescentia primū, reddi humida, deinde sicca de quo infra de putrefactiōe.

Secunda causa: accessus causæ externæ, constituētis in calefacto esse aliquid contentorum cordis: vt alimenta aut mendicamenta calida: & insolatio, ira, lassitudo, feruor sanguinis, qui nascitur ex ebullientibus intra vasa vel fructibus, vel oleribus, aut in exitu exanthematum, aut bilis, aut sanguis auēta, aut in toto, aut in parte aliqua: ita vt spiritus aut humores cordis ponantur in calefacto esse. Item, densitas, aut obstructio, tum propter prohibitū ingressum aeris refrigerantis, tum propter fuligines aeres aceruatas calefaciētes. Hæc enim omnia possunt inducere calorem in triplici cordis substātia, citra concursum putredinis: cuius certum argumētum est, quod in quibusdam febribus: per multos dies durantibus, apparet ab initio coctio: quæ non appareret si subesset putredo aliqua.

Tertia causa: motus validus & vnio inati caloris in corde & foco, ab ipetu naturæ conātis humorē noxiū vel coquere, vel pellere: vniri eū & moueri innatū calidum, ab indita cordis doctrina ad varias partes, pro varia rerum necessitate, constat. Nam in plātis

per:

*putredo fit per defectum caloris
et multum calorem in
si cum in frigore generat
et multum calorem in
calor vnito: sed quod
si quia non potest esse
conferre sunt sunt
debet sunt calore
forma et calorem
et vniōe*

*exanthema est per
quo ad calorem a partibus
sanguinis*

*calor in vniōe est
arterialis motus
motus vnito calore
et spiritibus vnitis
coctio*

suom

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

per hyemem reddit calor naturalis ad radices, per æstatem vero ad ramos: in animalibus per hyemē & somnum ad viscera: in vigilia & æstate ad cutē. In cogitatione ad caput: vnde calefit caput, refrigeratur ventriculus: in tristitia ad cor, in verecundia ad faciem; in gaudio ad cutem: in patientibus inflammationem ad partem suppurandam: vnde succedit rigor, sicut & in initijs accessionum, propter motum calidi ad focum: sic ad locū dolentem mandatur, vnde tumet pars dolorem passa: in morbo ad humorem morbi coquendum, vnde vrina priuatur sedimento: ad sensoria autem mandatur insentiendo: ad musculos in motu arbitrario: ad ventriculum post cibum; vnde refrigerantur a cibo homines exangues: licet quidam aliam causam cōminiscātur. Sicut ergo in dictis occasionib⁹ obleuē motum calidi ad certum locum, certus locus calefit, cætera membra refrigerantur: sic in motu valido totius calidi, fere rigor antecedit, sequitur febris: maxime vbi motum ipsum calidum fuerit calidius moderato, propter aliquam duarum causarum antedictarum. Nam, solus cōcursus calidi innati, nō sufficit ad febrem inducendam: id quod apparet in coctione alimenti, & meditatione. Calor autē hu-

moris

moris alteruter dictus solus, potest causare febrem,
 sicut aroma quiescens olerè: sed multo magis, cum
 agitur a calore innato coquente: si modo humor
 est copiosus: nã in furúculo suppurato, nõ succedit
 febris. Ostenditur frequentia huius causæ tertix. Pri-
 mo: quãdo tumor suppuratur fit febris, quæ nõ præ-
 erat. 2. Aphoris. 47. & quãdo coquitur humor vaso-
 rum in pleuretico. 1. Crisiũ. 18. & quãdiu non co-
 quitur a natura non febricitat eger sicut non calet pars
 quæ moritur. 3. epide. 8. Secũdo: magnitudo febris
 sequitur multitudinem calidi innati, non putredi-
 nis: ramificatur enim ad ramificationem innati, ex
 Auerroo: ideo febres iuuenum maiores sunt, cum
 oporteret calorem extraneũ magis obtũdi a calore
 natiuo. Tertio: aperta est sententia Gale. & Hypoc.
 3. epid. commento. 8. & .1. Crisium. 18. & .6. epid.
 sect. 3. textu. 10. Catarrus febre succedente non re-
 ciduat, ipsa enim febris coctio est. Quarto: in statu
 febrili in etiam saluandorũ febris est multo maior,
 & tamen humor qui est causa morbi, tunc melius
 dispositus est. 2. Aphoris. 29. ergo nõ pendet ea ma-
 gnitudo febris ab aucta putredine, sed ab aucto inna-
 to calore. Quinto: anticipatio Accessionum in
 augmento morbi fit ob naturã accelerantẽ ad pug-

H nam:

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

nam: ergo non est causa accessionis simpliciter, humoris putredo.

Sed restant quam plurimę dubitationes de hoc genere. Videtur enim plurimas febres pendere ab hac

causa si enim cessatio febris est reproba, quia ostēdit calorem propter imbecilitatem non coquere:

præsentia ergo illius arguet coctionem: & ita plurimę febres ex hac causa orientur. Secunda: febris in

morbis esset bonum, & illius absentia malum. Tertia: non perirent homines febre: si enim oritur a naturali calore coquente, semper esset bona causa, nunquam mala.

Quarta: si febris oritur ex conatu naturæ vnito calido innato, oporteret etiam in frigidis morbis magnis accidere, quod non apparet.

Dic ad primum: in pluribus febribus cōcurrunt causa innati caloris agitantis. Si enim quævis accessio oritur a conatu naturæ aggredientis humorem in

foco, semper concurrunt ea causa: citra quam calor humoris non efficit febrē. Præterea: si hi qui lethali

ter habent, vbi humor prauissimas est, cessante conatu naturæ, febre liberi sunt: ergo vbi calor humoris minor est, non sufficiet ad febrē: citra aggressum naturæ cōmouentis.

Ad secundum: febris indicat magnū conatū naturæ cogentē ad confortum

aggres-

aggres-

quædam ablatione febri
 et mala quia signat
 de re natura ad beata
 et non sua et conuere

aggressum, & simul calorē aliquem humoris agita-
 tu: quare est signū mali in corpore non leuis. Præsen-
 te autē causa magni mali melius est febrere, quā non
 febrere: sicut tussire in intēperie materiali pulmo-
 nis, licet ad tussim sequatur quādoq; hemoptoisis,
 & mors: sicut melius est ad locū dolentē mandari
 sanguinē, licet ad eū fluxum quandoq; sequatur in-
 flāmatio, & gangrena. Ad tertium: febris sicut ver-
 inter anni tempora, & somnus inter corporis affe-
 ctiones, & dies critica inter dies morbi, cōmittunt
 pugnam inter naturam & morbum: quare licet in
 se non sint mala, sunt tamen occasio quandoque
 mortis: quare dicuntur homines perire febre:
 sicut pueri ex variolis, licet variolæ habeant pro
 causa naturam expurgantem. Ad quartum: cau-
 sa plurima febris est calor humoris, non simplex
 sed agitated ab innato calore: & hoc vocat Gale-
 nus prodire ab innato: quia non fieret ab extra-
 neo, nisi accederet pro causa naturalis. Cur ergo
 non meminit Galen. inter causas huius tertiæ fre-
 quentissimæ. Dic: recenset causas quæ sunt per se
 causæ: innat⁹ enim calor magis est occasio vel causa
 sine qua non. Maxime quia frequēs est Galeno, om-
 missio determinationum alibi traditarum: Nec

omnia potuit vnus & incipere, & consummare. Et de
 causis quidem febrium ita sentiendum videtur: à
 quibus sumitur magna ad curationem indicatio:
 nam in primo genere curatio est refrigeratio, &
 ablatio si forte manet causa calefaciens: in secundo
 autem genere intentio est euacuatio putridi, & cō-
 coctio semiputridi, in tertio solā roboratio naturæ
 coquentis.

(Sed quoniam.)

Probat diarias non oriri ex putredine.

Capit. 5.

Aduerte primo: Erasistatus opinatus secundū
 naturam in arterijs contineri solū aerem, cre-
 didit febres oriri ex sanguine defluente ad arterias:
 impedita enim delatione aeris refrigerantis, feruet
 sanguis, & sequitur febris, non ad putredinē. Hoc
 constanter negat Gale. magis assentitur Atheneo,
 putāti febres oriri ex putredine. Excipit tantū dia-
 rias, quia de Ethecis nondum meminerat. Quod
 autem addit pestilētes omnes febres putridus esse,
 vere dictū est quoniam, licet in quibusdam pestilē-
 tibus febris sit Ethica, tertio prælagationis pul-
 suum, iungitur tamen putredo cordis ipsius: & li-
 cet in sudore brittanico pestilens sit diaria (quam

Gal.

Gal. non nouit) iungitur tamen putredo spiritus: quare vera est sententia, omnē pestilentem esse putridam, non in angusto significato, in quo contra distinguitur diariæ, & ethicæ: sed in amplo, quo continetur putredo alicui⁹ ex tribus cōtēntis in corde.

Aduerte secundo: de iudicio excretorū in morbis, citat Gal. Hypocratem. 4. Aphorif. 55. vbi cōdēnat in inflammationibus adenum omnes febres præter diarias: quia videlicet si plus vno die durāt, significatur euenisse inflammationem adenis, cōmunicatione tumoris præter naturam in viscere, cuius glandula est emunctoriū. Quæcunque enim mala succedunt laborantibus in membris externis, habent iudicia valde opposita inter se: si succedunt per permutationē, salubria sunt: si propter communicationē, lethalia. Discernūtur aut mutuo. Primo: extempore, nam ante coctionem omnis excretio siue ad cutē, siue extra corpus, mala est. 4. Aphorif. 21. sicut iteritia ante septimum. Secūdo: ex quantitate excreti, nam minuti tumores, vel pūcta in graui morbo, lethalia sunt: si quidē intētatio crisis citra momentaneā excretionē peior est, quā nō intētari: decretoria em̄ nō decernētia aut mortē afferūt, aut difficile iudiciū. Tertio: ex qualitate morbi: nā

Si talia succedunt cum pessime habent aegrotan-
 tes, causa est communicatio, non autem permuta-
 tio: vt surditas vel rubor oculorum in acutis turbu-
 lētis, fluxus in habito a pleuritide, fastidium in an-
 ti quo fluxu, tussis in hydrope. Diaria ergo in bubo-
 ne, indicat permutationem humoris defluentis, ad
 adenes, diuturnior morbus cōmunicationem: in
 quo vno discernendo plurimum momentum ver-
 titur ad vere prædicendum. Cur autem in bubone
 & vniuersaliter in externa inflāmatione modo suc-
 ce dat diaria, modo putrida, post explicatam prædi-
 ctionem, docet situm esse, in cōmunicatione calo-
 ris simplicis, a parte inflāmata ad cor, vel fuliginis
 putrentis in parte inflāmata: si enim solus calor
 accedit diaria constituitur, si fuligo, putrida febris:
 inficit enim cordis humores sua putredine. Obij-
 ciunt quidam: non sufficere ad putridam accessum
 putridæ fuliginis: quandiu enim humores non
 sunt infecti durabit diaria non putrida, iuxta supra
 explica a. Dic: cum agens validum sit putrens fuli-
 go in corde, & humor cordis paratissimus infici,
 non videtur ea mora nisi breuissima: quam medi-
 cus non curat. Sed dissentiunt interpretes, nū etiam
 in sola inflāmatione adenum citra internum visce-

ris affectum, succedat quandoque febris putrida: & videtur licet raro posse succedere. Quoniam Gale. 4. Aphorif. citato inquit, vero simile esse putridam febrem in bubone nasci ab inflammatione interna: quæ verba non indicant perpetuitatem. Præterea: inflammationes & vlcera externa quando suppurantur, inducunt febres diuturnas: sicut è contrario inflammationes renum & vlcera licet sint interna, sæpe nullam febrem inducunt, sæpe diariam. Præterea: in ophtalmia apparet (vt docet Auicena) euenire febres multorum dierum. Item: nihil repugnat, in parte externa inflammata contineri vas amplum per quod communicetur cordi putrida fuligo: sicut ob contrariam causam inflammatio interna, quandoque non inducit putridam. Colligitur autem ex hoc loco, quod sicut datur febris humoralis sine putredine, vt synochus non putres, ita datur diaria cum putredine, qualis præsens ex bubone. eo quod ratio speciei febris non pendet ex contento in corpore, sed ex calefacto corporis.

(*Humorum autem.*)

Explicat de putridis febribus species putredinis tres.

H iij

Aduer-

*Senæ cordis, Senæ
mentis, Senæ Jussæ vultu*

Capit. 6.

Aduerte primo de numero: Prima dubitatio est: quod .5. simplicium. 6. scribuntur tres variae à præsensibus. Secunda: quod illic docet suppuratione à solo innato calore prodire, hic vero vtriq; calori tribuit. Tertia: quod illic sicut, & .i. præsagi. Ultimo, duas tantum differetias suppurationis agnoscit: hic vero adijcit tertiam. Dic ad primam: diuisum illic, est alteratio in humano corpore, quæ vel nascitur à calore innato in materiam benignã, vt chylificatio alimēti, vel à calore extraneo in malignam, vt putrefactio cadaueris, vel à mixto calore in semimalam materiam vt suppuratio inflammationis: Hic vero diuisum est, suppuratio. Ad secundam: cum in pure ad sit fætor & similitudo ad membra radicalia, agens necessario est calor vterq;: sed quia illic agit de pure nomine suppurationis, quod nomen importat actione caloris innati, soli natiuo calori tribuit. Ad tertium: solæ sunt duæ species suppurationis iuxta duo agentia vicentia: hic vero ad faciliore doctrinã prædictiõis febriv, addit tertium membrum mixtum: quod tamen continetur in illis duobus.

Aduerte secundo de coctione: Propriè sumitur à Galen. 2. acutorum. 44. sicut definitur Aristot. 4. meteor.

*origo in calore innato
in pure calore extraneo
in pure calore innato
in pure calore mixto
in pure calore innato
in pure calore extraneo
in pure calore mixto
in pure calore innato
in pure calore extraneo
in pure calore mixto*

*in pure calore innato
in pure calore extraneo
in pure calore mixto
in pure calore innato
in pure calore extraneo
in pure calore mixto*

metheor. 2. pro victoria naturæ supra humoré, qui
 secundū plurimū sui alit. Maturatio aut̄ pro victo-
 ria supra humoré, qui secundū minimū sui alat .i.
 epid. 44. in quo significato opponuntur. Aliquādo
 vero coctio latius sumitur ab eodē Gale. pro quali-
 cunq; victoria naturæ supra humorem. quomodo
 refrigerata bilis cocta dī, & morbi calidi in senecta
 coctione sanātur: coctione. s. omnē ad mediocre tē-
 peramentū adductionem significante, vt in matur
 escentibus fructib⁹. verba sunt Gal. 6. epid. sect. 5. 6.
 Definitur aut̄ Arist. v̄lis coctio, perfectio ab innato
 calore, ex oppositis passiuis. Perfectio autē, non in
 portat terminū (quod quidam putāt: opinantes ali-
 ter summi coctionem ab Aristot. quam à Medicis.)
 Sed apud vtrosq; significat alterationē ducentem
 adesse perfectū. Primo: quia ita explicatur à peripa-
 theticis, Alexandro, & beato Thoma. Secūdo: quia
 nomina in. 10. significant motū, vt elixatio, assatio,
 coctio. Tertio: quia illud adiectū (ex oppositis) indi-
 cat definitū importare mutationē, quæ ab vno ter-
 mino in alterū fit. Quarto: quia primo de naturali-
 bus facultatibus secundo ex Aristot. ita explicatur.
 Arist. vero ipse scribit loco citato, generationem &
 coctionē eandē esse operationē: nisi quod generatio
 fit.

1^a Significatio
angusta2^a Significatio
lata3^a Significatio
lata

Definitio essent. ex Aristot.

verba in 10. significat
sum ex latine

fit in substantia nondum constante, coctio autē in
 iam constante. Per perfectionem aut non intelligit
 formam perfectiorem: quia lac sumptum a gravi-
 da vertitur in lac in vberibus: quod non est specifi-
 ce perfecti⁹ assumpto. Nec perfectio, significat ma-
 iorem mixtionem, quia caro sumpta vertitur in
 chylū in⁹ mixtum carne. Sed asseritur perfectio,
 quia est via ab elementis ad mixtum: mixtum autē
 perfectius est elementis: quoniam dotatur facultati-
 bus cælestibus occultis, & sensu, & motu, & ratione:
 cū elementis sola in suis temperamentū, & vnicus
 motus. Item: est perfectio, quia terminatur vel ad
 formam substantialem, vel ad artificialem accōmo-
 data^m vsui, quem antea non præstabat, ex Aristote-
 le citato. Ab innato aut calore idē prodit coctio,
 quia elementorum mixtio non potest fieri sine be-
neficio caloris mouentis. Sed quomodo calor iun-
 git etherogenea, cuius est illa separare. Dic: non in
 ratione caloris, sed in ratione naturalis: quia quan-
 do coquit iam est naturalis, velut directus a forma
 requirete eam mixtionē. Ea autem forma cōsistit
 vel in re coquente, vel in aere propter vim semina-
 riam a cælo cōmunicatam. Sed quomodo coctio
 fit ab innato calore, si species coctionis elixatio, &

alla-

affatio, definiuntur per calorem extraneum. Dic:
 species illæ locatæ sub coctione, ab innato calore
 sunt: vt pote coctio in pueris quæ elixatio est, & in
 iuuenibus quæ affatio est: propter inopiam enim
 nominum, illæ naturales subeunt appellationes ar-
 tificialium. Elixatio autem, & affatio, propriè di-
 cta vt pote artificialia, definiuntur per calorem ex-
 traneum, quia reuera prodeunt à calore igneo: &
 ideo propriè non sunt coctiones, sed per similitu-
 dinem quandam: quia enim calor ignis, ab elixan-
 te vel affante determinatur ad perfectione alendi,
 non aliter quàm calor solaris à vi naturali plætæ, ideo
 à númeratur speciebus coctionis. Sed adhuc potest
 dubitari. Cur generationem mixti tribuerit Ari-
 stotel. citato vtrique actiuæ, definiens: permutatio
 facta ab actiuis, cum obtinent rationem supra pas-
 siuas: coctionem vero soli calido. Dic: coctio-
 nem perfici motu attractionis, retentionis, ebul-
 litionis, & expulsionis: ideo soli calido refferri:
 ad generationem autem mixti, etiam conduce-
 re frigiditatem congregando, & vniendo. Vel
 per calorem in definitione coctionis, intelligit ca-
 lidum complexionale: quod includit etiam fri-
 giditatem. Sed quomodo in generatione mixti.

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

vincunt actiuæ passiuas, si generatio vnus est corruptio alterius, & in corruptione actiuæ non optinet passiuas? Dic: (licet sec^o respondeat B. Thom. 4. Meth.) possunt actiuæ non obtinere passiuas, iuxta mixtionē pristinā, pars tñ actiuarū obtinet passiuas remanētes iuxta exigentiā eius, quod de nouo gignitur: vt in generatione vermis ex carne putrefacta. Sequitur (ex oppositis passiuis) explicante Aphrodi idest in passiuis vel passiuarum: nempe passiuia sunt, quæ præstant in concreto certā mixto substantiam. Vocat aut (passiuia opposita) quia opponitur siccum humido, vel quia opponuntur ambo calido tanquam passum & agēs: vel ex Aphrod. passiuia opposita sunt alimenta, initio quidē dissimilia & opposita, in fine aut coctiōis similia. Sequitur (quæ sunt propria cuiusq; materia) idest aliud alimentū est alię speciei animatorum propriū. In definitione aut, subaudiendum est (in subiecto iam cōstante) vt separetur coctio à generatione. Ex qua definitione colligitur differentia coctiōis à nutritione, & generatione mixti: nam nutritio .3. de causis symptomatū. 1. & 8. localium. 6. est mutatio alimentī cocti in membrum: Coctio vero mutatio alimentī in similem qualitatem mēbri, non in substantiā:

quare

particula definit

Coctio-
nis finitio

generis et nutritionis

nutritionis definitio

generis definitio

quare nutritionem vocat Gale. speciem alteratiōis,
 non tamen coctionis: sunt enim tres coctiones, post
 quas sequitur nutritio. A generatione aut mixti di-
 stat, quia generatio est perfectio in substantia non
 dum constante, nutritio aut in materiam constan-
 te: ideo definitur aliquādo a Gal. nutritio, ab sum-
 ptæ partis non generatio, sed regeneratio. Ex quo
 colligitur secundo calorem coquentem non neces-
 sario esse dominantem, supra frigus secum mixtū:
 nec supra calorem materiae coquendæ: sed tantum
 dominari in actione coctionis, quia actio per mix-
 tionem illi tribuitur: ad quam non requiritur victo-
 ria calidi supra contrariā qualitatem: a māmīs enim,
 a cerebro, ab ossibus, a glaciali, coquitur sanguis cū
 calore sub dominante frigori secum mixto, & san-
 guini coquendo. Colligitur tertio: imaginatiōem
 Avic. 1. primi doct. 6. cap. 3. & prima quarti de cura-
 tione putridarū, quod coctio in humore non redu-
 cibili, est operatio innati caloris inducentis qualita-
 tes præparantes expulsionī, postquam non potuit
 assequi intentū primum de inducenda forma mē-
 bri: non esse recipiendā. Primo: quia licet aliquādo
 natura quādo non assequitur finē intentū, conuerti-
 tur ad aliud. Vg. quando non potest excremēta de-
 orsum

*est in mixto quod non
 nutritio*

Corollarij 2^m

*calor in mixto nutritio
 nutritio non nutritio
 nutritio nutritio nutritio
 nutritio nutritio nutritio
 nutritio nutritio nutritio
 nutritio nutritio nutritio
 nutritio nutritio nutritio
 nutritio nutritio nutritio
 nutritio nutritio nutritio*

glaciali sumo nutritio

corol. 2^m

*non nutritio nutritio
 nutritio nutritio nutritio*

ex

orsum pellere, sursum pellit magno conatu: eo quod est naturalius illi, quavis via pellere, quam intus continere: non potest tamen, cum non discurrat præparare materiam, ad secundum usum, postquam non est assecuta primū. Alias oporteret, quod sentiens irritum esse conatum tussiedi in calore pulmonis immateriali, converteretur ad infrigidandum: & sentiens læsionem ex defluente sanguine ad locum dolentem, retineret: nec amplius mandaret. Secundo: videtur reijcienda, quia pus maturum difficilius pellitur quam sanguis, quanto est crassius sanguine: & tamen natura postquam ex sanguine non potuit alere corpus, mutat in pus. Tertio: quia in humore etiam expellendo, videmus dominante natura quanto magis procedit coctio, eo magis intendi præparaciones ad formam membri, albedinis & æqualitatis. qua propter etiā Aristol. 4. Meth. 4. per suppurationem, inquit reddi humorem habilem expulsionem non propter tenuitatem acquisitam (fit enim crassior) sed propter victoriam naturæ supra humorem: quia cuiuslibet facile gubernatur. nec rationes doctorum oppositum probant. Prima: bilis per coctionem redditur crassior: ergo natura debuit pellere in initio, & non

expectare statum, nisi per coctionem pararet expulsio-
 ni: similiter & sanguinem in synocho. Secunda: sicut
 in sano coctrix præparat nutritoriæ bonum humo-
 rem, ita in egro debuit parare noxium expultrici.
 Dic ad primum: vis naturalis ex vniuersali præscri-
 pto seruat institutum ordinem, vt nunquam ope-
 retur expultrix, nisi cessante coctrice. Dic secundo:
 ex eo ordine operandi in facultatibus naturalibus
 sequuntur cōmoda multa: quia natura humorē iam
 euictum facile pellit, vt pote obsequentem: & in tē-
 pore coctionis separatur vtile à noxio, vt non expel-
 latur simul cum noxio: & permisceatur crassum te-
 nui, sine qua mixtione solū tenue pelleretur: & ap-
 plicatur materia meatui expurgatorio, quæ ante
 mēbro permiscebatur. Hæc omnia cōmoda appa-
 rent in purè inflāmatiouis collato ad sanguinem, si
 ante maturationem romperetur. Dic tertio: expellit
 natura in statu non ante, quia humor noxius imper-
 mixtus bono, magis irritat expultricē. Ad secun-
 dum: cum sit vna virtus naturalis coctrix, semper
 vnū operatur. Colligitur quarto: quo modo coctū
 possit in crudari. De quo dic primo: specie variata
 nulla est dubitatio: nā ex carne fit chyl^o, post sūguis,
 post caro: similiter ex lacte potato, chylus, sanguis,

*Commoda 2 sequuntur
 quia opus est in
 in crudari deinde
 hinc*

Coctum 4^m

Coctum
 nū in cru-
 dent.

lac.

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

ac cum enim in quavis mutatione specifica, a co-
 ctio expellantur portiones aliquæ antiquæ mixtio-
 nis: nihil inconuenit nouū mixtum habere mixtio-
 nem inferiorem pristina: quæ dicetur *incrudatio*.
 Dic secundo: manēte specie, id quod coquitur po-
 test substantifice humectari: nam quædam plantæ
 natura sua prius trahunt terram, vnde euadunt fru-
 ctus accerbi, vel accidi: procedente autem matura-
 tione, tracto humido aereo & aqueo, euadunt humi-
 diores substantifice: vt castanæ, & vix. Nec tamē
 illa humectatio licet interna & substantifica, po-
 test dici *incrudatio*, sed *maturatio*: quia *incrudatio*
 requirit humectationem substantificam vltra cō-
 stantiam debitam mixto. Dic tertio: coctum est sic-
 cius & constantius crudo propter resolutionem hu-
 midum a calido. 4. Metheorum. 2. Ad *incrudationē*
 autem necessaria est humectatio interna, quæ repo-
 nat humidum substantificum amplius & velocius,
 quam exsicceatur ab igne præ existentis terræ: id quod
 raro est possibile, quando videlicet concurrat vali-
 da vis tractrix alimenti, & alimentum est valde hu-
 midum, & viæ delationis alimenti non cōdiuent:
 quod accidit in secunda specie Ethicæ bene curatę.
 Verum spermaticum membrum ex siccatum non
 re hu-

*ad d. no. p. in condan
 l. humidiq. sust. m. h. q.
 no. p. h. ab. q. p.
 scilicet ex. h. q.*

*inuenit color alle ex
 p. m. l. q. q. q. q. q.
 et est p. p. p. p. p. p.
 C. l. a. q. u. a. t. i. o. n. e.
 in m. m. l. q. q. q. q. q.
 l. a. m. n. o.*

rehumescit, quia viæ delationis conuiuent, nec
 ros abundat quia deest vis nutritoria reparâs humi-
 dum. Quia ergo raro est possibilis rehumectatio il-
 la substantifica, in qua consistit incrudatio, dixit
 Auerr. 4. collect. 3. coctûm incrudari non posse, & as-
 sum non reuerti ad elixû: potest tamen coctûm reddi
 liquidius, quod est aliquo modo incrudatio. Quâ-
 do scilicet permiscetur aqua saccaro, vel melli, vel
 vino, quo modo bilis dñ, desciscere in pituitâ. 3. acu-
 torû. 38. Dic quarto: licet ex causa dicta bilis vtraq;
 non possit reddire ad cruditatem sanguinis, & ita
 per se propria coctione sint in coctiles. Verum per
 mixto sanguine ambæ coquantur, ita vt alant: nam
 ex illo mixto sanguinis, & bilis fit noua species ro-
 ris & carnis. Mutata aut specie certû est coctûm posse
 incrudari. Colligitur quinto: mixtû posse gigni ci-
 tra coctionem a calore prodeuntem, vt ferût de cri-
 stallo vi frigoris concrescete. Imo propriè sumpta
 coctione nullum mixtum gignitur per coctionem
 sed per generatione: quia coctio est perfectio mixti
 iam cõstatis, sicut generatio est mutatio a non esse
 mixti ad esse mixti. Colligitur sexto: coctionem a-
 pud Medicos & Phylosophos sicut, & cruditatē nō
 sumi æquiuocę: nã coctio apud vtrosq; non signifi-

no nunc i et 2a qd est
 pot curari qm cum
 litri carce et pignu
 possunt carere fuit p
 per mutacione vel v
 no pte est no pot
 si nra est catha p
 pnti magis rati e re
 de ferunt vsum pte

Billi hã hã m coctio
 sanguinis per mied
 ad temperatã vã vã all

Ad hã
 corol. 5

corol. 6

cat præparationem ad expulsionem, licet Ma-
 nardus cum alijs concedat: sed solam operationem
 caloris innati in humorem, per quam natura su-
 perat humorem. Apud Auicenam autem opinan-
 tem vim coëtricem in humore noxio parare ex-
 pulsioni, merito asseretur coëctio, quia coëctio di-
 citur omnis operatio virtutis coëtricis: sed illa
 inmaginatio supra explosa est. Ad rationes au-
 tem Hugonis prima quarti, quibus ostendit æ-
 quiuocare Medicos, & Phylosophos in nomine
 coëctionis. Ad primam: coëctio in bile iuxta Auice-
 nam est in frigidatio & humectatio. Dic: illa signi-
 ficatio est abusiua: nam apud Arist. & Gal. coquen-
 tia sunt modice calida, augentia quantitatem cali-
 di innati, non qualitatem. Aliquando autem acci-
 pitur à Medicis latius coëctio pro reductione ad me-
 diocritatē: in quo sensu distabūt coquentia medica
 à physicis: sed est acceptio rara & amplissima. Co-
 ectio vero propriè sumpta pro actione caloris inna-
 ti in humorem, ita vt aliqua ex parte alat, alio no-
 mine vocata maturatio, & coëctio adhuc proprius
 sumpta, pro actione caloris innati in humore ita vt
 plurima sui parte alat: ambæ hę significatiōes sunt

vniuoce apud Phylofophos, & Medicos. Ad alterá
 Hugonis, incoctionis, vel cruditatis apud Aristot.
 vnica caufa est, defectus caloris in ordine ad humi-
 dum coquendum: apud nos vero caro vaccina non
 coquitur ob abundantia terræ: & febriens non co-
 quit propter excessum caloris, & fructus aliqui non
 maturantur propter vehementem æstum. Dic: cū
 cruditas opponatur coctioni, quæ proficiscitur á ca-
 lido per miscete humidum, semper orietur à defe-
 ctu caloris in ordine ad humidum per miscédum:
 caro vero vaccina tardat in coctione, quia difficile
 est separare multum terreum ab humido ad nouá
 permixtionem. Febriens male coquit, ob defectū
 quantitatum calidi innati, sicut fructus in ma-
 gno æstu non maturantur, quia comburuntur,
 non autem incrudentur. Colligitur septimo:
 cur quarto. Metheororum tertio. cocta reddan-
 tur calidiora, & crassiora, & lentiora: si apparet
 lac frigidius sanguine, & spiritus animalis vita-
 li, & bilis cocta pallidior est. 2. acutorū. 44. pallidū
 aut minus flauo calet, adde qđ crassiores sunt mul-
 ti fructus immaturi maturis, & pituita cruda quā
 cocta, & minus lentū sputum visitur in pleuritide
 cocta. 1. acut. 33. Non enim videtur sufficere ad hæc

Carol. 7

Coctum
min⁹ cras-
sius.

Ambr.

obiecta, quod humidum per coctionem admixto terreo redditur crassius: humido autem tribuitur coctio inter passivas, eo quod per coctionem humidum terminatur alieno termino, terreum enim proprio termino terminatum est: Non sufficit (inquam) hæc interpretatio: quoniam Arist. & Gale. asserentes cocta esse crudis crassiora, pronunciant illud de toto cocto mixto ex humido & sicco, collato ad totum crudum sicut quod addant cocta esse calidiora & lentiora. Quare videtur asserendum coctum, fere calidius esse, crassius & lentius: videlicet quia coctio proficitur a calido, ideo calidius evadit coctum: crassius autem quia per actionem caloris dissipatur tenue. Lenius, quia per mixtionem multa passivarum comparatur rebus omnibus lentior. Aliquando tamen licet raro, coctum evadit frigidius, quando agens est frigidius re coquenda: tenuius quando prius trahitur terreum quam aqueum, ut in quibusdam fructibus, & morbis in quibus ab initio apparet sedimentum, & vrina pauca & grumosa. 4. Aphorismor. 69. aliquando evadit coctum minus lentum, quando mixtio crudi erat glutinosior. 1. acut. 33. Colligitur octavo: cur Galenus aliquando omnes tres species suppurationis, tribuat tanquam agenti vtrique.

calori. 1. præfag. vltim. & 2. Aphorif. 47. non nunquam optimum pus soli innato, prauum soli extraneo. 5. simpl. 6. & 1. epid. sect. 2. 44. quoniã vbi considerat in purè sola bona, tribuit innato: vbi sola mala, extraneo. Cũ tamen in omni triplici suppurationis specie, appareat effectus amborum: nempe fætor & albedo, asserendus est vterq; calor agens in omni purè. Si autem quærat, de producente formam substantialem puris. Dic: non producitur à calore cum sit agens inferius ad substãtiam: sed ab vtroque fit præparatio ad formã, si necesse est concedere formam nouã substantialem.

Aduerte tertio: de putrefactione: cum corrũpantur mixta ab excessu cuiusuis in temperamenti, nõ dicuntur putrere, nisi cũ fætoze corrũpantur. 5. simpliciu. 15. essentia autẽ putrefactionis explicatur. 11. Therap. 8. corruptio totius putrescentis substantiæ ab extraneo calore. Potest autẽ accusari, quia in ea, definitum ingreditur finitionem, quare datur per occulta: sed Gal. putat, Medicos nõ debere esse valde sollicitos de exactis definitionibus. 4. de differentijs pulsuũ. 2. Arist. aut. 4. Metheo. 2. definit. Corruptio proprii calidi in humido, ab extraneo calore. Quæ definitio sicut reliquæ physicę. 1. de anima. 1.

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

datur per materiam huius transmutationis. Et per corruptionem quidē intelligitur defectus innati caloris, siue in quantitate propter resolutionem eius quod sæpius accidit: siue in qualitate, quod accidit mēbro valde refrigerato, cum putret. sicut enim innatū calidum permiscet passiuā pro indigentia formæ mixti, ita conseruat ea per mixta vsque quo reddatur impotens ad cōseruationē: quo tempore dissoluitur mixtū per putrefactionem. Sed: si calor operatur in vtroq; passiuo, cur habet definitio calor in humido? Dic: prudentissima natura ad cōmodam per mixtionem: passiuarū indidit vim calido cuius est permiscere, vt insileat in humidum, & fugiat a mere sicco: eo quod humidum materia est apta ebullitioni, per quam fit cōmoda permixtio: non secus quam in animalib⁹ indidit vim mari ad foeminam. Indidit etiam vim sicco vt ad se traheret humidum in quo existens calidum, & intro penetrans commodissimē permiscet ambo passiuā: quod ars non potest. Ideo secundo natural. i. vera mixtio, opus est solius Dei & naturæ. Quod vero Arist. addit cum Gal. hunc defectum innati calidi nasci perpetuo ab excessu caloris extranei videtur difficile. Primo: quia cū putrefactio sit naturalis

dissolutio mixti, quæ in plantis vocatur marcor, in
 animalibus senium, & naturalis mors: multæ aliæ
 erunt causæ putrefactionis, sicut & naturalis mor-
 tis, præter excessum caloris extranei: nempe resolu-
 tio calidi ab interno igne, & aucta excrementa, &
 impotentia nutritionis perpetuæ. Secundo: quia priº
 putret mixtum, & effunditur caliditas cum suo hu-
 mido, quam appareat calor extraneus additus: er-
 go calor ille extraneus apparens, non fuit causa pu-
 tredinis. Tertio: quia calor innatus membrorum
 minor putrefacit bilem calidiorem, & per hiemē
 putrent carnes calidiores continente. Quod vero
 calor extraneus apparens sit naturalis, qui effundi-
 tur per putrefactionem, apparet: quia, in coctione
 ebullit ignis in humido, ante per mixtionem eius
 cum sicco: ideo vinum nouum ebullit, non autem
 coctum: & rursus eum putret mixtum, post sepa-
 rationem humidi à sicco ebullit: quod vocant refer-
 uer. Alterū inditium quod excessus ille caloris ex-
 timus nō est calor extraneus, sed qui vel futurus est
 innatus, vel fuit innatus, est: quia quo aliquod mix-
 tum est natura calidius, eo magis calet & ebullit, &
 dum coquitur, & dū putret: vt stercus, caro, frumē-
tum. Videtur ergo putrefactionis causa, debilitas

innati caloris propter quam seiungitur humidū à sicco: humidum aut iunctum obtentū à suo calido iūcto fætet: in quo cōsummatur putrefactio, à quacūq; causa proueniat ea debilitas. Sæpe enim prouenit à prohibita difflatione, quia omnis calor prohibita difflatione marcescit: sæpe etiam à vehemēti calore extraneo quia lib. de respirat: minor flāma fit alimentū maiori: aliquādo à valida refrigeratione, quomodo putret digitus ex vehementissimo frigere: sæpissime defectu proprię materię, humidi pinguis alentis: quomodo in senibus putrens pituita fit falsa, & pili cani. Colligit primo Arist. omnia putrentia primū reddi humida, deinde sicca: & intelligitur in pluribus putrentibus: nam in mineralibus ob magnā siccitatem & eximiam passiuarū mixtionem, sicut trahitur paulatim ad superficiem humiditas, ita paulatim dissipatur: quare nūquam redduntur humecta, sicut nec ferrum, nec lapis, sed cariōsa & rubiginosa. Et propter paulatinā resolutionem humidi, facile friabilia: nunquā autem fætent, quia nunquam accrescit superficiēi iūcta humiditas, quæ obtineatur à calido. Colligitur secundo: contrariū maxime cōmune generationi mixti, esse putrefactionem: sunt enim motus à contrarijs

terminis in cōtrarios, generatio quidem, à sciūctis
 passivis ad coniuncta: putrefactio vero à coniunctis
 ad diuisa. Addit Arist. citato: putrefactionē esse na-
 turalē finem omniū natura constantiū: quia nisi ali-
 quid violentū intercidat, mixta omnia putrefactio-
 ne pereunt. Si aut animata dicuntur perire morte
 naturali, quæ tamen non est putrefactio. Dic: eam
 mortē esse corruptionē animati quatenus anima-
 tū, non quatenus mixtū. appellatur aut mors ea na-
 turalis, nō in eo significato (naturalis) quo natura-
 le dicitur, id quod intēditur à natura, sed quo dicitur,
 id quod sequitur ad operatiōes naturę lib. de Maraf. 2.
 non tamen sentit Arist. (quod quidā interpretan-
 tur) putrefactionē esse mortem naturalē: quia nec
 fit à principio intrinseco, nec passum confert vni
 morti. Colligitur tertio: quod licet generatio mix-
 ti definiatur per ambas actiuas, in putrefactione, so-
 lius calidi fit mentio: quia corrūpens calorē simili-
 ter corrūpit determinationē frigoris, necessariam
 actioni caloris: & quia separatio passiuarū, in qua
 consistit essentia putrefactionis, à solo defectu calo-
 ris innati conseruantis pender. Colligitur quarto:
 in finitione dicta sufficienter excludi cōbustionem:
 quia incōbustione nō corrūpitur calor in humido,
 sed

sed intēditur calor innatus, & absumitur humidū.
 Quare non oportet addere cum quibusdam (à calore humido) neque cum alijs, (cū debilitate innati caloris,) neq; cum alijs (facto calore extraneo intrinsecō rei putrenti:) quoniam etiam in combustionē intro operatur calor extraneus. Colligitur quinto: cur putrentia fere fateant: quia fætoris origo est, humidum non regulatum à calido: tale autē est humidum rei putrentis: sicut ecōuerso flores bene olēt, quia humidum integre possessum est à calido. Cū primum autem humidum putrens obtinetur à calido, ad nouam formam mixti, cessat fætor. Videturque natura indidisse fætoris sensum, vt ab animali vitentur incocta, ceu praua alimenta: Additione autem terræ ad nouam generationem, non sequitur odor, sicut in floribus: quia deest tenuis halitus, materia odorum. Nec secus, fætoris abominationē in hūc vsum animalibus indidit, quā sensum fragori, aduitanda, quæ longinqua sunt: De formidinis autē horrorē ad longinquiora: sicut amaroris ad proxima. Ideo dicebat Arist. citato, duo illa perficere putredinem, defectū calidi innati, & abundantiam extranei: ad quā sequitur fætor. Nam in congelatis deficit calor innatis, & in ambustis auctus est

extra-

extraneus, & tamen neutrum illorum putret. Colligitur sexto: cur in putrefactione gignuntur nonnulla, non in combustione: quia in combustione deest humidum permiscendum, ad novam mixtionem: in putrefactis autem licet calor innatus non obtineat humidum iuxta pristinam mixtionem, potest obtinere partem illius, iuxta novam: & ita succedit generatio putrefactioni.

Ad hoc

Aduerte quarto: num coctio & putrefactio in humore simul intendantur, quod Gal. videtur innuere in hoc loco. Dic: licet putrefactio sumpta pro corruptione mixti, & coctio sumpta pro perfectione in mixto iam constante, non opponantur: verum ut putrefactio dicitur motum preparantem ad corruptionem mixti, coctio vero motum perfectiuum mixti, siue sit genitum, siue modo gignatur, sunt motus oppositi: sunt enim a contrariis terminis in contrarios, coctio a diuisis passivis ad coniuncta, putrefactio a coniunctis ad diuisa. Quomodo ergo in humore simul possunt intendi? Quidam autem, quia contrarij motus, & contrariae qualitates simul possunt intendi, quod reprobatur est. 3. simplicium. 15. Alij affirmant, non esse duos motus in humore, sed unum tantum: & sicut quod rube fit, quia acquirit colorem medium albi & nigri, in termino motus dicitur habere plura de albedine

quod dicitur aliud generari in hoc humore quod per se dicitur motu coctio fit in hoc humore

in fine dicitur coctio putrefactio intendi quod per se bene quidem dicitur ad coctioem et motum ad putrefactionem

lucan & de:

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

& de ingredine: sic humor in febribus putridis, licet vnico motu moueatur, dicitur in proggressu morbi magis coctus, & magis putrefactus. Sed non videtur imaginatio recipienda. quia ij motus fiūt à contrarijs agentibus dominantibus: putrefactio quidem ab extraneo calore, intelligendo per extraneū putridinosum, qui in re putrēte accrescit, quod supra ostensum est: coctio vero à naturali: ergo non possunt facere vnicum motū. Secundo: calor innatus inducit puri albedinem, æqualitatem, mediocrem crassitiem, & fætoris ablationem: calor autem extraneus quatuor opposita: & ambo sæpe valde intensa: ergo à duobus à gentibus prodeunt non ab vno, nec faciunt vnum motum. Tertio: quod rube fit, in termino motus habet formā, quæ quia media est, potest dici albedo & ingredo: non tamen in termino motus, id quod rube fit euadit albi⁹ quam in termino à quo, simul & nigrius quā in termino à quo: ergo pariter de humore impossibile est per vnicum motum, reddi magis coctum, simul & magis putrefactum. Modi ergo magis recipiendi, sunt sequētes. Supposito, quod sunt motus contrarij, qui in eodem tempore, & secundum eandem partem, & secundum easdem qualitates,

simul

Resolucio 2^a ostendit

*nam motus agentia sunt co-
traria & contrarij dicitur
vnde*

*boni? comparatio ruboris
in aqua cocida et fuit
quæ in rubore humore magis
est albidum et magis
quæ in rubore magis
est rubrum et albidum sed
in rubore eodem fuit fuit
est rubrum albidum et fuit
et rubrum in rubore fuit*

ab 28

simul intendi non possunt. Intēdentur autem primo: in varijs temporibus secundum totum humorem: quo modo in multis morbis apparent aliquādo signa læthalia, & auctæ putredinis, non unquā autem salutis & coctionis signa. Secundo: intēdentur in varijs partibus humoris: quo modo in multis morbis post apparentia signa coctionis, expelluntur partes humoris putridissimæ. Tertio: possunt intendi in vno tempore, secundum totum humorem, sed penes varias qualitates inducēdas: potest enim calor naturalis inducere albidinem, sed simul extraneus intendet fætorem. Cur autem, cū calor innatus æque intendat illa quatuor, inducatur quandoq; vnum ex illis, magis quam aliud: causa est: quia dispositiones illæ innaturales vincendæ nō sunt omnes æquales in materia, sed vna impreflit multo magis, quam alia: quare & difficilius ex vitur à natura. Non obstat primo: quod in victuris, notæ temporum morbi sumitur à coctiōe occulta, manifesta, plena. i. Cris. 17. 18. in morituris autem a putredine incipiente, augescēte, summa, lib. de generalibus tēporibus: quare non poterunt permitti signa putredinis, & coctionis. Quia in victuris ex morbo exacte salubri, tantū apparent notæ coctionis:

*1. modus intensionis
in partibus sub diversis
in partibus dicitur coctio, ab
fæditio ut cum in victuris
sunt signa auctæ putredinis
et nō nō gō salutis et
nō*

2

*ut cū calor innatus
habet unū gūm vñ
extraneus albidinem fædit*

3

*albidinis, arguitur
materia excessiva
et salubritate*

notæ

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

Etionis: in morituris autē ex morbo exacte lethali tantum apparent notæ putredinis: Cæterum in saluandis ex morbo periculoso, signa temporum sumuntur ex coctione interpolatis quibusdam signis putredinis: in morituris ex morbo non exacte lethali, notæ sumuntur ex signis putredinis, interpolatis quibusdam signis coctionis. Non obstat secundo: quod si cum signis coctionis potest intēdi putredo, signa coctionis non essent certa ad salutem: quoniam, signum coctionis vt certam præfagiat salute, requiritur quod non intermittat: & quod non sit in vna qualitate & in alia non. Et si dicas: potest coctio esse continua secundum omnes qualitates, & tamen in vna parte humoris, & æger peribit ex alia parte humoris putrescente: ergo non est certū ad salutem licet sit continuū, & secundū oēs qualitates. Dic: tanta est cōmunicatio materierū in corpore, vt si ex vna parte cōtinuo deciditur signū coctionis, non possit in alia parte inualefcere putredo ad mortem. Rarissimè tamen accidit oppositū, videlicet, qđ cū cruditate parotidum sanetur æger ob coctionē humoris in vasis .i. epid. sect. 2. 80. vel qđ pereat æger cum coctis parotidibus, propter putrefactionem humoris in vasis .i. epidemix, sect. 2. 83.

Non

Non obstat quarto: quod videtur ex dictis, post plenam coctionem status non posse durare putredinem, neque accessionem: si quidem dicente Gale. hic in optima coctione nihil operatur calor extraneus: quoniam in parte vnde secessit optime coctum, nihil operatur calor extraneus, post statum tamen restat modicus humor qui coctionem desiderat libetotius morbi temporibus tertio, & is conseruat putredinem, & accessionem.

Aduerte quinto: in quo tempore morbi sit morbus maior vel deterior: cui satisfiet propositionibus tribus. Prima: de causa morbi. Secunda: de morbo. Tertia: de symptomatibus. De prima: causa morbi in statu sepe est amplior quantitate. Apparet aperte libet de generalibus morbi temporibus quarto. nam in scyrris, in inflammatione, in synocho augmastica, per augmentum plus putret humoris, quam euacuetur: in febribus etiam idem apparet: quia ex alimentis sumpto. 7. Aphorif. 63. & ex contagione humoris putretis, augetur copia putridi humoris. Quod autem non solum humor antecedens in vasis, sed etiam coniunctus in quavis accessione (si credimus vulgari opinioni) sit copiosior in statu, apparet: quia tunc materia antecedens pellenda ad focum est copio-

*Febri augmastica qd morbi
augm. sic augmastica
materia, como dicitur
Secundum vnde dicitur*

*Quia sunt non aucti
morbi. s. allimentis sumptis
contagio sicut ille necesse
est una qd contagio leui
dicitur ab una*

*non quare in statu
fuit qd morbi*

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

copiosior: & vis expultrix tunc magis operatur: & natura fere habet maius dominium supra humoré propter coctionem. Sæpe etiam contingit oppositum, quod in statu morbificus humor minor sit: quando in principio vel augmētum ab arte, vel natura fit magna euacuatio. Secundo: quando ob difformitatem materie, accessio augmēti fieret à materia ineptiore ad motum, vel ad putredinem. Tertio: quando pars humoris morbifici processu morbi reducta est ad benignum. De ^{putredine} malitia autem materie morbificæ: certum est in læthalibus malitiam augeri per oīa tēpora, vsq; quo morb⁹ vincat naturam: & tūc perit æger: in quocunque tempore superat: fere autem superat malitia morbi in statu dixerunt Halyab. 10. Theorici. 4. & Rasis. 31. continentis: Galenus tamen videtur exactius dicere lib. de generalibus morbi temporibus septimo. frequentissimé accidere mortem in augmēto morborum: in statu enim morbi pereunt soli robustissimi: ante statum imbeciliores. In saluandis autem si morbus est saluberrimus crescit morbi malitia solo p̄cipij tēpore: si minus salubris, etiam per augmentum: si adhuc in salubrior per statum: ita tamen vt in fine status victoria sit pro natura. Alias sequeretur ægrū posse

advisi in statu copiosior
expultrix

in statu una sumo vixit
accidit vixit iam
mida bono quia mī
Dumal

Demalitia mī dicitur
vixit

1

2

oigo

posse perire indeclinatione, nec sequitur ex dictis, quod tempore principij iam præcessit augmentū morbi: quia augmentum putredinis solū, non determinat augmentum morbi, imo nec morbum: quia potest putrere nondum præsentem morbo: sed cum hoc augmentū quantitatis humoris, & malitia symptomatum. Quod autem aliquando vieturis putredo crescat per statum ostēditur. Primo: ex experientia monstrāte, aliquot conualituros in statu perniciosē habere, & ostendere indicia putredinis deteriora præcedentibus. Secundo: ex sanguine misso in statu, qui sæpe putridior est quā ante. Tertio: ex inflammationibus, in quarū principio factor nullus est, ita vt repercutus a parte inflāmata sanguis nutriat: in statu vero factor est eximius. Quarto: quia nil implicat humorem etiam in statu reddi maligniorem, & tamen ægrum non perire, si natura sit superior ea malignitate: nec propterea negabitur esse statum, quia simul in alia parte procedit coctio. Causa ergo morbi in statu aliquando minor est, non raro amplior. Quoad malitiam autem, in morituris necessario est deterior in statu: cum non contingat ægrum mori in vera declinatione: in saluandis autem in fine status necessario

k

melior:

*chim si ante fuerit**etiam si sit in statu
sæpe non obit nisi
augmentū præcedit in his
morbis et malitia sym-
ptom**exhibet fuerit aliquid
natura cum augmento
putredinis fuerit in statu*

NOTIA

*Sequitur Solum ex 1^o et
mentis fuerit humore et
fuerit in 1^o et 2^o
hujus non aut in 3^o**ut videtur l. 5 fol.
etiam quinta*

iore est experimēto & 2. aph. citato: febris est morbus
 ergo morbus maior. Tertio: in statu parli morbus est
 maior: ergo & in vniuersali. Quarto: functioes oēs
 magis leditur in statu ad sensū: ergo morbus maior
 valet a definitiōe ad definitū. Quinto: virtus proce-
 dēte morbo est imbecillior: febris ipsa in statu ma-
 ior: ergo proportio virtutis ad morbu in statu mi-
 nor est. Sexto: si in statu morbus salubris nō est maxi-
 mus ob plenā coctioem: ergo nec in augmento ob
 manifestā, nec in principio ob occultam: creuit ergo
 morbus antequam esset. Dic ad primā: casus mor-
 bi quidam sunt proprii morbi, & hi crescentes sig-
 nificant morbum crescere: alij cōmunes, & hi au-
 cti indicāt conflictū crescere, non morbū: casus autē
 huius secūdi generis crescūt in statu, 2. Aph. 29. Sed
 quo modo Gal. citato cōcedit in statu salubri mor-
 bū esse meliorē: qui tñ Aph. sequenti docet accessio-
 nes status esse maiores? Dic: stat accessionē vel mor-
 bū, qui est febris esse maiorē: & tñ meliorē. Ad Se-
 cundū: magnitudo addita febrī, solā intēsionē im-
 portat: addita autem morbo significat collationem
 naturæ ad morbū, & ita fit argumētatio in quatuor
 terminis. Sed quo modo increfcit calor putridus
 febris diminuta putredine humoris. Dic: febris

*Die dicitur dno in
 et facti statu qui
 habent et cetera que
 in statu febris in
 u' quod salubri habet*

*Difficiliter dicitur hinc
 conceptuali qm in statu
 ubi morbus iniecit et
 salutem quod dicitur alio*

*Fac idem inde agunt
 Ball. lib. 1. de crisi
 cap. 10. q. 1.*

*no impletur et maiore
 meliore non febris
 et maiore salubri morbo
 in statu morbo*

*febris quod maiore
 in statu morbo
 et de periculo febre*

liber

k ij auge-

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

causa a. d. m. g. u. l. i. n. i. s.
 augetur nonnunquã ob auctam putredinem humo-
 ris. Secundo: ob maiorem conatum naturæ coquẽ-
 tis, ad quẽ sequitur vapor putridus ab humore mo-
 to. Tertio: ob ebullitionem humidi putrentis: defi-
 ciente enim humido licet humor magis putreat
 minor calor representatur. Quarto: ob magnẽ
 obstructionis. 8. Therap. 4. Quinto: ob temperatu-
 ram calidam febrientis. 1. Aphorif. 14. Sexto: ob tẽ-
 peraturam calidam humoris: quo modo febres ar-
 dentes ex bile fiunt. Ad tertium: non valet semper
 consequtio a tẽpore particulari ad vniuersale, quia
 inter tempora parlia, solum fit collatio quo ad sym-
 ptomatũ & febris intensiõẽ, inter vniuersalia autẽ
 quo ad salubritatem. Ad quartum: functiones natu-
 rales sunt in statu magis læsæ. Dic: licet concedatur
 assumptum, solũ infertur morbũ in se consideratũ
 esse maiorem in statu: qui tñ collatiõẽ ad vires, in sa-
 lubri morbo in fine status est minor. Ad quintum:
 morbus in causa sua imbecilior est per statum salu-
 brem: & quia pugna nature potissima est cum cau-
 sa morbi: ideo per statum proportio virtutis ad
 morbum maior est. Ad sextum: morbus fuit maxi-
 me in aliquo tempore trium præcedentium: quia
 in illis potuit iungi concoctio cum vehementi pu-
 tredi-

credine: in fine vero status salubris, putredo minor est quam coctio.

De tertio: autem id est de symptomatis: scribitur. 2. Aphorif. citato symptomata esse fortiora circa statum. Explicant vulgo circa statum symptomatum, non circa statum coctionis. Sed est expositio reiicienda. Primo: quia in febribus putridis de quibus ibi potissimum agitur, non distinguuntur tempora nisi ex coctione, vel cruditate lib. de generalibus morbi temporibus. Secundo: quia sic Aph. esset nugatorius: nec aliud doceret, nisi quod in statu symptomatum, id est quando symptomata sunt fortissima, symptomata sunt fortissima. Tertio: quia Galenus in commento probat sententiam Aphor. quia tunc coctiones maxime fiunt. Quarto: quia 1. Crisium. 10. in statu quo ad coctionem, affirmat symptomata esse fortissima: imo docet cognoscere statum coctionis, per fortitudinem symptomatum. Dic ergo primo: symptomata in statu coctionis fortiora sunt, cum conditionibus. Prima: quod conferantur partes accessionum similes: videlicet, symptomata status particularis in statu vniuersali sunt fortiora, quàm symptomata status particularis in augmento, vel principio vniuersali. Secundo:

*Symptomata quæ
Balth. de caus. ca
7.*

*hanc conditionem ad
reducit symptomata
Balth.*

*hanc conditionem ad
reducit symptomata
Balth. de caus. ca
7.*

quod non sit morbus, in quo ante statum adfit momentane^o effluxus morbifici humoris: nam in inflammationibus internis, vt in pulmonia & pleuritide, propterea quod committatur expuitio momentanea ab initio augmenti, in statu coctionis symptomata sunt minora dicente Galeno .4. acuto. vlti. Tertio: vt intelligatur de symptomatis sequentibus conflictum non proprietatem morbi. Sed respondendum est obiectioni. Si causa augmenti symptomatum in augmento vniuersali, est additio in coctione, cur symptomata non crescunt per statum? multo enim maior sit coctio in statu quam in augmento. i. Aphor. 7. & de generalibus morbi temporibus tertio. Dic: causa cimenti symptomatum non est cimentum coctionis, sed maior conatus ad pagnam per tempus autem status æqualis durat ille conatus.

Aduerte sexto: de hypostasi vrinae quid sit. Dic: contentum in vrinis id est pars crassior liquore multiplex est: non unquam humor, quandoque pus, aut chylus. Sed difficultas est de bono sedimento, quod cum appareat album ob actionem membrorum radicalium in illud. i. præfag. vltimo, constat esse excrementum tertiae coctionis: in quo conueniunt reliqui

& Arabes & Græci tantum respondendum est obiectioni.

BOUP **III** **2** **Pri-**
 quando gata loco citato docet a cœmentis 2^o coctionis loquitur de fœcibus sedimento quod sit Pri-
 inuenit quod membra radicalia inuenit coctura quod est vltimum sedimento quod indicat non reduci ad caput
 dum, quicquid autem refugit sanguiferum in iecora non est inueniendum sedimento præfag. vlti
 sedione

si non flammam
 ut non ad statum
 vltimum dicitur
 a augmento ante
 hunc statum
 non

Nota
 quando morbus
 suo vigore con-
 sistit hinc vltim
 hinc vltim
 et in iam vultu no
 et casu magnitudi
 et morbi coctioni

Sedimen-
 tum quid.
 quando radicalia inuenit
 inuenit quod membra
 inuenit quod membra
 inuenit quod membra
 inuenit quod membra

Primo: videtur excrementū primæ coctionis, quia
 .i. crisi. 12. in viris edacibus, & pueris plurimum se-
 dimenti apparet: quia plurimus est in illis chylus in
 confectus. Videtur etiam esse excrementū secundæ
 coctionis: quia .i. præfag. vltimo: est id quod refu-
 git actionem naturæ in sanguificatione. Secundo:
 si sexto. de placitis. 4. non mandat natura per eun-
 dem meatum coctum, per quem traxit crudū: quo
 modo à vasis ad poros membrorū trahitur sangui-
 nis mutandus in sedimentū, & per eisdē remeat iā
 mutatus ad vasa emulgētia? Tertio: excremēta ter-
 tiæ coctiōis numerantur duo tantū. 3. Therap. 3. &
 1. de sanitate. 12. sordes & sudor: quorū neutrum est
 sedimentū. Quarto: sedimentū est cinis humoris in
 foco. 2. præfag. pul. 7. ergo nō excrementū tertie co-
 ctiōis. Dic ad primū: dū ait Gal. fieri à radicalib⁹, ex-
 plicat formā sedimenti & perfectionē illius: dum aut
 ait esse partē in chylificatā, vel in sanguificatā alimē-
 ti, explicat materiā illi⁹. Ad secūdū: sedimentū nō est
 vtile tertie coctiōis, sed excrementū illi⁹. & eo modo
 pellitur à poris ad vasa, vñ tract⁹ est sanguis vtilis,
 quo modo pellitur fuligo à corde p̄ asperā arteriā, p̄
 quā vtilis aer tract⁹ est. Ad 3: nō meminit sedimenti
 iter excremēta tertie coctiōis, q̄a exiguū est in sanis:

de quibus ibi agebat. Ad quartum: illud cinerulentum coquitur tertia coctione, licet interim putreat. Thomas autem à Garbo putat dealbari sedimentum, adhuc manēs intra vasa: anticipāt enim (inquit) membra radicalia dealbare illud in vasis, propter malitiam eius. Sed non videtur recipiendum: quia humor intra vasa omnis rubescit non albescit. Et si in febribus intermittentibus à foco remeat humoris pars cinerulenta ad vasa: cur non creditur in continente à poris vasorū, vel aliorum radicalium remeare ad eadem vasa.

Adverte septimo: num præstet apparere sedimentum etiam in opime sano. Dic: Auice. videtur sentire, secūda. i. 6. in integre sano meli' esse qđ ita coquatur alimentum, vt nil supersit sedimenti: sed quod expellantur excrementa cocta primæ, & secundæ coctionis tantum, nempe fex & vrina: quod si deficit coctio, pelluntur illa excrementa cruda sine sedimento tamen: vbi autem magis deficit coctio, tunc expellitur sedimentum in vrina sanorū. Rasis vero .31. continentis cap. 1. citato Galeno dixit quasi nullum sedimentum apparere in vrina optime sani, & recti. Affert causam: quia sedimentū nascitur ex in sanguificato, i. prælag. vltim. in sanguif-

ficato autē germen est diminuti caloris. Addit aliā
 causam v. facius de vrinis octauo. si ex 1. Aphor. 15. *officio aff. e. qd. sedimē-
 re fuerunt in sano
 col. hinc quia exca
 hinc coctum? ut vici
 resista in sensibilibus
 tibi*
 vis robusta tenue excrementum, *per insufflationē* tertiæ coctionis in-
 sensibilibiter expellit, & non manifeste per sudorem:
 ergo & materiam sedimenti. Hispanus addit in cō-
 mento causam tertiam: quia excrementa primæ &
 coctionis sunt crassa, & contenta in vno loco, ideo
 præstat sensibilibiter expelli: excrementa vero tertiæ
 coctionis cum sint tenuiora & dispersa, in sensibili
 difflatu dissipantur: nisi virt^o sit de bilis. Veritas tñ *questiois resolutio*
 non videtur exacte his viris dicta, nam optime san^o
 cum optimo victo sedimentum pellit, quātitate mo-
 derata. *at semper* 2. prælag. de vrinis, & 1. crisiū 12. & apud
 Actuariū in optima in diuisibiliq; sanitate, primo,
 de iudicijs vrinarū. 4. Quare addit. 2. de prouidē-
 tijs primo, in sano si diu deest sedimentum, expecta-
 malum: si breui ita vt paucos dies duret, ex obstru-
 ctione est, vel cruditate: ergo defect^o sedimenti nū-
 quam significat bonum in sano. Distinguenda autē
 sunt temperamēta sanorum: nam valde biliosi, te-
 nue & paucū habēt maxime exercitati. 1. crisiū. 12.
 contra pingues ociosi plurimum crassum: *si aut. ut. scripta. sedimentum. ad. vici. hinc.* medij
 medio modo, & obseruat etiam illud per morbos,
 dicebat Rasis cit. nam pingues & ociosi: dū egrotāt
 excer-

Nū in sa-
 nis appa-
 reat sedi-
 mentum.

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

excernūt plurimum sedimentū: quod terret medi-
 cos ignorantēs illud inesse talibus per naturam: nō
 ex præsentī morbo. Sic initio tertianę notę & quo-
 tidianę fere apparent contenta, non initio tertianę
 purę. 2. de causis vrinarū. 7. Videtur autē decepisse
 oppositū sentiētes, quoniam graciles & exercitati
 non ostendūt sedimentū ante quinque horas aut sex:
 quod notarunt Rasius & Nicolus: sicut in contra-
 rijs statib⁹ cito subsidet. Non obstat, quod. 4. Aph.
 70. & 4. de sanitate. 6. celeritas subsidendi signifi-
 cat robur caloris inati: quia id verum est data pari-
 tate humorum in crassitie & copia: in sano autem
 sedimentum est valde tenue & paucum, ideo tarde
 subsidet. Adde: quod propter cruditates ortas ex er-
 rore victus, sæpe vrina sanorum caret sedimento.
 Quod tamen melius sit, etiam in sano apparere se-
 dimentum ostenditur: quia lib. de differentijs sym-
 ptomatum vltimo, dixit Galen⁹, durum esse dog-
 ma Dioclis, opinantis in optima sanitate nō oportere
 vt appareat sudor: sed quod insensibiliter dis-
 sipetur: si ergo tenue illud excrementum tertię
 coctionis nō potest vis sanorum insensibiliter ex-
 pellere: multo minus poterit crassam partem ex-
 crementi tertię coctionis, exeuntem sub forma se-
 dimen-

dimenti. In ægris autem, vulgo conceditur simpli-
 citer esse sumum bonum. Sed contra experientia
 ostendit apparere id in nonnullis perituris, aut diu
 agrotaturis. Rasis citato dixit: in morbis pituitæ,
 vel melancholiæ esse malum & peius, si infra appa-
 fuerit in vase, quam si supra: in biliosis vero bonum.
 Galenus quarto Aphorismor. 69. dixit in morbis
 pituitosis non esse bonum signum. Dic: sedimen-
 tum cum sit vna ex vacuationibus, subit iudicium
 vniuersale omnis vacuationis quarto Aphorismo
 21. videlicet, quod nisi in principio morbi potest va-
 cuari naturæ ratione, sed propter defectum reten-
 tricis, vel errorem expultricis: quorum vtrunque
 symptomaticum est, & non solum non significant
 bonum, sed indicant malum, videlicet violentam
 humorum turbationem, apud Rasin citato: sicut
 lippa initio obtalmiæ, & sputa lenta in pleuritide
 primo. acutorum, 33. & vrina crassa initio morbi
 quarto Aphorismorum. 70. ideo Auicen. de vri-
 nis sexto, pronunciauit non esse credendum sedi-
 mento, nisi vbi præcesserit coctio primo in colore:
 postea in substantia: quia natura ordine procedit: qui
 si nõ obseruatur indicat vacuationem non prodire à
 natura. Ideo Rasis in morbis ex frigidis humoribus

in febribus et melanc.
capitulum in dicit in ca
quorum facientium qd
ant

in febribus et melanc.
capitulum in dicit in ca
quorum facientium qd
ant

Optimo
nomina
et parte

mod

dānat

bet: siue in plurimis alitū consideretur, siue in quadrupedibus, siue in hōe ipso, & siue: quare inter coquēdū exiit ab asciticio rubore dūm carni similis redditur: nisi forte in salmone pisce, & quibusdā aliter colorata carne prēditis. Argumētū est, pus ex sanguine albere: quia in ōni phlemōe obsidete carnē cōtent⁹ sanguis p̄ coctionē albet: & demittēb⁹ exercitiū cōuertitur sanguis in pus albissimū, qđ exercitur cū vrina secunda. .i. de hypostasi: & synochū similiter vidit Vgo terminari, multa puris excretionē. 2. Aph. 47, similiter & pus albū apparet in ōni vlcere non modo solidorū sed & carnis. Quæ sentētia de sedimēti essentia, qđ sit crassior portio humoris putrentis à natura victa, quæ ob crassitiam non potuit insensibili perspiratu, vel sudore depelli, sed per ampliores meatus colligitur, in inflammatione nomine puris, in vrina nomine sedimēti, est aperta Gal. mens. 2. præsa. puls. 7. & Auic. 14. tract. 2. 7: & quid est sedimentum, nisi pars humoris qui iam coctus est: Nec decuit fernelium à tantorum virorū sentētia experimentis confirmata, ob infirmas rationes recedere, & perniciosum cōmetum appellare. Opinatur enim pathiol. lib. 3. 17. id subsidēs non esse partē humoris, aut putrētis, aut cocti, sed idem

quod.

*per se non dependet
sublime*

*188. duntaxat conf
doloris ac fletu
fuit magis qu
et fletu*

Effecta sedimenti

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

quod in sanis: portionem crassam alimenti quę vri-
de mixta actione innati calidi ad imum madatur.

*re sedimētū in vngui dicitur
mēta fūctio* Ideo autem bonum prælagire in morbis, quia sig-
nificatur ex eo apparente, naturā quę eatenus suc-
cumbēs vitiosis humoribus oblita fuerat soliti mu-
niris in vrina perficiendi, modo iā ceu respirātem
à turbulētia illorum solitum munus per agere.

*ut sedimētū in vngui
re hinc 2. vngui fūctio
solūm idem qđ in sanis* Putat eius opinionis esse demonstrationes. Primā:
quia bilis non potest verti in pus, aut in album sedi-
mentum, maxime putrens in febre. *Minus sū h. carcer. vngui fūctiois eū que fūctiois eū que* Secundā: quia

*ut hinc qđ ab hinc sedimētū
mēta fūctio vngui fūctio
solūm idem qđ in sanis* post apparitionē contenti albi in vrina, pellitur cre-
ticabilis & flava & putrēs, & fatens. Tertiā: quia
si esset pars noxij humoris, vrina per febrium aug-
menta crassesceret ea expulsiōe: cum monstrent
experimenta in dies tenuari magis. Quę tamen
suasiones nihil doctos mouere debēt. Bilis em̄ vtra-

*re hinc qđ ab hinc sedimētū
mēta fūctio vngui fūctio
solūm idem qđ in sanis* q; licet per se in coctilis sit, sanguini tñ per mixta
vel exiguo, & per sanitatem alere, & per morbosā
febriles, quā herisipelaceos in pus verti & coqui, nō
solum experientia quotidiana monstrat, sed etiam

*re hinc qđ ab hinc sedimētū
mēta fūctio vngui fūctio
solūm idem qđ in sanis* Hyp. tradit. scribens. 7. Aph. 20. ab herisipelate sup-
puratio. Altera imbecillior est: cū sit fere perpetuū
post optimā coctionē porciunculæ humoris morbi-
fici sequi creticā vacuationē noxij, nec ex toto cocti

boip humo-

humoris: obtinente natura supra totum propter victo-
 riam partam in portione morbifici humoris. Minus
 potest quod addit, experimento urinam per augmen-
 ta febrium non crassescere: Usque adeo enim frequens
 est crassescere, ut scribente Hyp. 5. Aph. ad finem saepe.
 Si in urina crassa existere. etc. Gale. in commento
 interpretetur (crassa) id est cocta. Et. 4. Aph. 69. scri-
 psit: frequentissimum esse naturae ordinem in coquen-
 dis humoribus, ut a tenui urina paulatim transeat
 ad crassam: infrequentem vero & rarum notari ab Hyp.
 Quibus urinae ab initio paucae & grumosae. etc. Quam
 vero non conveniat quod ait, apparere contenta in
 urina per augmentum, natura iam redeunte ad sa-
 ni munera quasi parta victoria respirante, Ex eo in-
 telligitur: quoniam si per vigorem morbi & postre-
 mam augmenti partem tantopere laborat, & pugnat
 natura, ut omnino interdicit eo tempore Hyp. agrum
 a cibo, ut tota natura soli conflictui intendat: Quo mo-
 do credetur, cum omnia verti ad excernendas urinae fe-
 cos? sed de hoc placito satis. Nec vero etiam bene habet,
 ut referatur cum Trus. causa albedinis ad calorem in ci-
 nerantem, & ideo de albantem: licet comparetur a
 Gale. pus cinerum. 2. Apho. 47. Comparatur enim eo
 quod est: residuum partis inflammatae post ebulli-
 tionem: non tamen comparatur in siccitate, ex qua

Adde

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

pendet albedo in sicco vsto, nec vllus humor ita sic-
cus est, vt nō calefactus nigrescat. Nec potest refer-
ri ad albedinem humoris putrentis: quia ex quouis
humore pus album apparet. Nec item potest refer-
ri hæc albedo ad mixtionem aeris ex vapore eleua-
to per coctionem attenuantē sicut in spuma & ca-
nis: quia oportebat sedimentum innatare non sub-
sistere. Minus verosimile est albere propter corrup-
tionē sanguinis, ex quouis calore: argumento quod
sanguis in parte sigillata albet: quia sic albedo sedi-
menti non magis significaret augmentum caloris
natiui, quia extranei. Ad secundū: respōdet Aphro-
disius. 5. problematū. 10. pus magis fatet: quia in lo-
co angusto cōtinetur, & non perflatur. Æqualitas
in sedimento indicat robur naturæ supra vniuersū
excrementum. Fætoris autem priuatio indicat exi-
guum fætores: cum enim præsentē calore extra-
neo & agente non possit in totum cessare fætor, ex
omnimoda priuatione illius, intelligetur cessa-
tio pugnæ: quod prauissimum est, sicut si in gāgre-
na non adest dolor, aut in falsa declinatione febris:
non cessatio caloris extranei.

Aduerte nono: ex dictis de coctionū differētijs col-
ligitur, quinq; esse ordines actiōis naturæ in mate-
riam,

*Infusio dicitur in febris in
ita ut in sedimento*

*Infusio dicitur in febris in
ita ut in sedimento
albedo in pus album
Loco continetur ut fætor
Sedimento quia mouetur
intra vniuersum*

*Infusio dicitur in febris in
ita ut in sedimento
colligitur indicat in nam
materia*

teriam, sequenti ordine primus. Optima coctio in benigno humore ad alendū. Secūda: optima coctio in semi malo, non ad alitionem: sed ad victoriā naturæ: vt sedimentum sanorum, de quo scribitur a prælag. vltimo, non habere per mixtionem causæ præter naturam. Tertius: optima coctio in humore putrente: quale est sedimentum optimum in febribus & pus optimū in inflammationibus. Quartus: mediocre pus vbi ambo agētia æquātur. Quintus: prauū, vbi solus extraneus calor agit. Sed queritur de coctione & vacuatione, siue prodeat ab arte, siue a natura, in qua materia intendatur? in coniuncta ne an in antecedente. Dic: materia coniuncta pro cōtinente non datur in febribus. r. de locis: datur autē in mediata: ea est humor in foco, & adhuc in mediatiore vapor a foco petens cor, sed in mediatiōssimā videtur calfactum humoris in corde: a quo sine medio pendet febris humoralis in corde, iuxta supra probata. Causa autem antecedēs intelligitur dispositio humorū in vasis. Coctio item apud probos authores sumitur tantum pro victoriā naturæ supra humorem: vulgo vero etiā pro præparatione humoris ad expulsionem. Ergo coctionem in propria significatione magis intēdit medicus in humore

L re vaso-

Ordines
actionū
naturæ.

re vasorum quem sperat, vel totum, vel multa ex parte reducere ad benignas qualitates: coctione vero id est præparationem ad expulsionem nõ solum in materia vasorum, sed magis in ea quæ continetur in foco: per vomitum, sudorem, & insensilem resolutionem. Iuxta quod prohibentur in febribus astringentia. primo. acutorum. 18. & continens frigidum.

SECTIO TERTIA.

(Causas autem.)

Capit. 7.

HAtenus de differentiis & causis febrium: quæ in solo intellectu difficultatem habent: nunc de signis, in quibus maior est difficultas sensus quàm intellectus. Itaque in præcedentibus, ex lectione euadit medicus prestans: constat enim ex docibilibus. Habitibus, sicut & curatio omnium. Agnitio autem quæ sequitur non comparatur integra ex libris, sed magis crebro intuitu ægrorum. non tamen à quouis medico (quod empirici doctis medicis obiectant) sed à solo sufficienter docto: nam 3. crisiũ. 8. ante integram omnium thio rematum artis cogn

tionem

tionem, nil proficitur inuisendo multos egros. Sed oportet ex libris integre edoceri, & affectus & signa: perfici autem agnitionem assuefactibili habitu, crebris experimentis comparato. Præponit igitur Galenus signa diariarum, tanquam magis manifesta, eo quod sunt simplicissimæ febres: deinde de his quæ adiunctam habent putridinem. §. alterum autem. Postremo de hæcticis seu cognitu difficillimis. §. deinceps igitur.

Aduerte primo: de agnoscenda febre per pulsum: vulgo agnoscitur per differentias aucti caloris magnitudine, celeritate, frequentia. Non est tamen facilis illa cognitio, præsertim ei qui non agnoscit pulsum sanum. 3. prælag. puls. 4. Eo quod pulsus sæpe mutatur ad eas differentias ob quasdam animi affectiones: & quidam ex natura pulsus habent tam tardos, vt per illas differentias febris agnoscere non possit. Si tamen cognitus est tangenti naturalis pulsus ægri, necesse est vt addatur naturali pulsus statui, per febrem aliqua dictarum differentiarum quæ sentiatur, lib. cit. cap. 2. Adde eodem cap. & tertio. agnosce etiã febrem ex acrimonia tacti caloris, & ex inæqualitate aliqua pulsus. Ad di etiã potest ex corporis dissolutione, & debilitate:

L ij co quod

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

eo quod febris affectus est cordis. Agnoscitur etiam diaria febris ex signis peculiaribus vnicuique speciei 3. prælag. puls. 2. singulis enim diariarum differentijs notæ quædam sunt peculiare infra tradendæ.

Agnoscitur præterea ex oris & labrorum siccitate.

Ad acrimoniam autem percipiendam, præstat imponere manum thoraci: quoniam cutis externa sæpe refrigeratur ab aere, loco citato.

Aduerte secundo, de agnitione diariæ: cur hic

Quæ februm
cognitu facilior.

dicat non habere magnam difficultatem, tamen 1. ad Glauconum. 2. requirit magnam diligentiam: asserens medicis fere esse ignotam. Deinde docendum est quæ ex tribus speciebus faciliorem, quæ difficiliorem cognitionem habet. Dic de primo: quidam

explicant, inter notionem diariæ à reliquis duobus generibus esse facilem: species vero diariarum alterutrum discernere, difficile esse. Sed series Galeni non videtur id significare, & solutio facilis est: quod licet cognitio earum sit difficilior quam curatio: Galenus iudicat agnitionem earum non esse valde difficilem: videlicet sibi. Nam 2. Crisium. 2. ei qui præponit cognitionem veritatis honori & diuitijs, facile fit quod negligentibus est difficillimum. Sic enim scribitur. 2. Crisium. 4. non mæretur noem

boyp oo

u j

medi-

medici qui in prima die non discernit tertianam à
 quartana, & 2. Crisium. 2. & .1. ad Glauconem .4.
 morbus simplex in prima die est agnoscendus: du-
 plex in .2. triplex in .3. Quæ tamē omnia sunt supra
 captum nostrum, eo quod non adhibemus summā
 illam Gal. diligentiam: ob quam obtinuit nomen *φυλοπονόου*
 phyloponotati. id est laboris amātissimi, tam in li- *τατου.*
 bris perlegendis, quam in solertissima experientia:
 citra quam non datur illa assequi locis citatis, &
 3. crisium .8. Quod autem Galenus dixit omnem
 medicum debere in prima die discernere tertianā
 à quartana, intelligatur de tertiana exquisita: de
 notha enim difficili⁹ est. Et quod dixit, simplicem
 affectum in prima die esse agnoscendum: intelliga- *quia in mediocris est con-*
 tur de febre. Nam 8. Thera. 3. fassus est se in prima *lunde, quidam vult fieri*
 die non agnoscere omnes affectus: & *semidura, quidam sunt*
 interni- *coniectura* certo *sed coniectura* *Nota*
 non agnoscuntur. 3. de locis. 3. Ad secundum. Dic: Ordo fa-
 febres omnes cum auctæ sunt, facile cognoscuntur: *cilitatis*
 cum autem incipiunt, difficillime. Et hædicæ qui- *in agnos-*
 dem omniū difficillime: facilius diariæ: adhuc faci- *cendis fe-*
 lius putridæ. Apparet ex frasi Galeni: eū enim qui *bribus.*
 non agnoscit incipientem tertianam non digna-
 tur, nomine medici. *Obijciūt:* Quod oportebat, *obijciūt*
 diariam esse difficillimam cognitu, eo quod facile

curatur: Nam affectus parum recedentes à natura, facile curantur: & ijdem propter symptomatū paruitatem difficulter agnoscuntur. Dic: Quædam affectiones difficulter agnoscuntur, propter exiguitatem suam: aliæ propter situm, quia in profundo latent: aliæ propter qualitatem affectionis, quia sunt intemperamenta facta, non scientia: vt hæctica, venenum, rabies. Ergo qui affectus propter exiguitatem suam difficulter agnoscuntur, hi sunt qui facile curantur. Propterea optat Hyppoc. 2. acutorum 46. vt medici agnoscant affectus etiam num incipientes: eo quod aucti sicut facile agnoscuntur, ita difficulter curantur: Qui vero affectus difficulter cognoscuntur ob aliquam duarum causarum sequentium, hi non facile curantur.

Aduerte tertio: Gloriatu Galenus se primū omnium medicorum, tradidisse exacte indicia diariarum .2. Crisium vltimo, & 8. Therap. vltimo. Sed de Prima nota dubitant: Nam diaria ex obstructione, ex catarro, ex bubone, non oriuntur ab externa causa. Dic: Ex Azarauio cap. de hæctica diaria nascitur à causa externa parum durante: hæctica ab externa vehemente: sola putrida sæpe fit citra externam causam. Ratio: quia ex quinque causis febriū supra

traditis, non requirit accesum externi calfaciētis, nec motum, nec alimētū: Prohibitus autem effluxus sufficiens ad febrem, fere requirit accesum causæ impetuosè mouentis humores, vel astringentis cutem. Quare etiā inter externas numeratur: Sola putredo sponte sua repente inducit febrem. Ad obiecta ergo: Causa procatartica, vel præincipiens sæpe apud Gal. synonyme dicitur cū externa, sicut causa antecedens cū interna: verū hic paulo lati⁹ sumit noēm causæ præcipientis: Explicat em̄ eā quæ fit recens & manifesta: in casibus aut obiectis adest talis causa, vt ira & tristitia, licet non sint externa.

Aduerte quarto: De nota ex vrina, nēpe de coctione in prima die. Obijciūt: Quod potest in diaria apparere vrina sine sedimēto, vt in sanitate. Secūdo: In valde per acutis in prima die acceditur ad statum, & ita apparebit coctio in vrina .i. Crisiū. 17. Tertio: In diaria ex cruditate vrina est alba, in diaria ab ira ruffa. Quarto: Antequam natura opprimatur à morbo adest in vesica vrina cum sedimento: ergo potest apparere in prima die cocta, licet febris sit putrida. Dic ad primum: in sanitate si sit integra apparet vrina cum sedimento: & idem sperandum est in diaria: quia non includit vi-

tium humorale. Ad secundam: intra vnam diem rarissime apparet coctio integra: aliqua enim coctionis nota in saluberrimo morbo apparet in primo die .i. de cretic. vlt. Ad tertiũ: Semper est bene colorata vrina, quia non recedit momentanee à naturali colore. 2. crifium vltimo. Ad quartum: Ante febrem fere semper præcedit dispositio vitians coctionem: citissime autem cõmunicatur id vitium ventriculo & vasis, & vrinæ contentæ in vesica. Apparet ex vrina eorum, qui sumpserunt cibum: vel quos inuasit accessio: confestim enim in vtrisque mutatur.

Aduerte quinto: De iudicio expulsi: Augetur pulsus velocitas, & magnitudo, momentanee: hic & 3. præfag. puls. cap. 3. eo quod febris diaria sua natura non debilitat vires. Quoniam autem aliquot causæ diariarum debilitant: vt tristitiæ, curæ, vigiliæ, inmoderata exercitia, de quibus meminit. 2. crifium vlti. dixit Galo cit. pulsum diariæ esse paruum, nonũquam magnum. Quod vero attinet ad frequentiam quietis externæ (nam interna insensilis est) non est pulsus diariæ frequentior moderato momentanee: nam primo de difficultate spirandi vltimo, vtriq̃ ex motibus vsus vrgebit præcedentẽ

quie-

quietem cunctari non permittit: cum ergo motus contractionis in diaria non acceleret, sequitur ut quies antecedens id est externa non sit minor naturali: qui locus fugit aliquot interpretes hic.

Aduerte sexto: De quarto signo, summe comendato, tanquam perpetuo meditando .3. præfag. pul. 5. Ex quo solo certo separatur initium febris putridæ, à consimilibus symptomatis: Nempe quod initian

te accessione, & paulo ante accessionem, contractio est velocior quam solebat, manente adhuc distentione naturali, vel etiam diminuta velocitate eius: Paulo post vero etiam quies externa minuitur, ob anticipationem contractionis. In augmento autem accessionis augetur velocitas distentionis, pari manente sicut ante velocitate contractionis. In declinatione minuitur contractionis velocitas. Cæterum signum hoc licet utilissimum (si quod aliud) desiderat magnam exercitationem artis lib. de morborum tempore. 7. & licet Galenus conetur diligentissime manu ducere generosum medicum ad eius sensationem. 3. præfag. pul. citato, nobis rarissime est perceptibile: Nam contractionis celeritatem nemo percipit, nisi in pulsu vehementi, primo, de dignoscendis puls. tertio, & sequentibus: licet Gal. putet

Signum
ex pulsus
contractione,

etiam

etiam posse sentiri in moderato, in vehementia & languiditate. Cum aut initio accessionis ob frigus, & humorē obruentem vires, fere detur pulsus parvus & languidus: rarissime est locus huic cognitioni. Sed obstat huic signo duo. Primum: Quod dicte Gal. 3. prælag. puls. citato signū celeritatis deficientis in contractione, etiam hæcticæ cōmune est: non ergo diariæ proprium. Secundum: Quod primo. de difficultate spirandi ultimo. traditur nota separandi auctum calorem innatum ab extraneo: videlicet quod aucto naturali distētio augetur, & quies interna minuitur: aucto vero extraneo, contractio augetur, & quies externa minuitur: diaria autem est calor extraneus. Dic ad primum: hic agit de dignoscendis febribus incipientibus: rarissimum est autē hæcticam incipere: Et medicę necessitates solam frequentiam important. 6. Aphorismor. 18. & 20. Vel dic: defectum celeritatis in contractione esse proprium diarię non simpliciter, sed iunctum magnitudini: quod significauit. 1. de difficultate spirandi. 7. Ad secundum: per extraneum calorem potissimum significauit putridum: in reliquis cōm licet extraneis non est notabilis celeritas contractionis.

Aduer-

Aduerte septimo: de suauitate tactus: Obstat huic signo. Primo: Quod secundo, Crisium ultimo, in quibusdam diarijs apparet statim suauis vapor, in alijs non nisi post moram. Secundo: Quod ibidem subditur: in tristitia acrimoniam, post quam multitudinē caloris sentiri. Tertio: Quod sexto, epid. 28. suauē illud & domesticum nulli febrī inest. Dic ad primum: Semper sentitur calor suauis in diaria, sed non semper vaporosus. Vbi enim cutis laxa est, cōfestim accedit ad tactum multus vapor: ubi astricta, indiget prius rarificari a calore. Ad secundum: significat in eo locutione ad iratos ex mærore febrientes repræsentare acrimoniam, id est minorem suauitatē, quam iratos. Ad tertium: Summa suauitas solis sanis temperatis inest: bilioſi enim etiam per sanitatem tactum habent non nil mordentem: magis adhuc qui diariam patiuntur: magis qui febricitant ex putrido sanguine: magis qui ex melancolia, vel pituita putrentibus: maxime qui ex bile.

Aduerte octauo, de sexto signo: Indicant Gal. accessionē diariæ distare ab accessione humoralī, in eo qđ humoralis tēpora sunt, initiū, tēpus inæqualitatis, augmentū, status, inclinatio lib. de morborū tempo-

temporibus: in diaria autem sola quatuor: tempore enim in æqualitatis distituitur: in quo propter partem humoris iam putrentem, partem autem nondum calefactam, putride febrientes compositū affectum sentiunt, ex calore & frigore. Status autem diariarum distat ab statu putridarum in māsuētudine febris hic: Quod verbū non tam videtur importare exiguum calorem cum quibusdā, aut mediocrem cum alijs interpretibus: quam absentiam malignorum symptomatum, explicante Galeno secundo crisiū citato.

Accēssio
nis par-
tes.

Aduerte nono: de postremo signo: Inclinare cū sudore si fuligines sunt multe, vel rore si pauciores, vel suavi vapore si adhuc pauciores: Eo quod necessario per febrem dissoluitur plus moderato: hi vapores accedentes ad cutem incipientem refrigerari per declinationem, vertuntur in sudorem. Quapropter comendatur eo tempore balneum. si autē octauo Therap. 4. addit ad solutionem, urinam rubram bonam, causa est, quia ibi aderant obstructiones requirentes sensilem excretionem. Comode autem addit Auicē. oportere, vt sudor non sit multus: copiosus enim significat putridam: quod vulgo ex experientia receptum est. Addit Galen⁹ hoc

signum

signum absolute non esse propriū diariæ: cum additione autem reddi proprium: nempe quod post sudorē sequatur integra in febricitatio. Addit Auicenna inter signa diariæ, quod augmentum non excedat horas duas: sed a principio facili cito accedit ad statū. Addit Galenus .i. ad Glauconem. 2. facilem tolerantiam: & ablationem integram cuiusvis doloris, per febrem infestantis, posteaquam febris cessauit: Et quod si lauetur non horescit. Cum vero ex septem signis traditis, primum sit inseparabile non propriū febris diariæ, reliqua inseparabilia & propria, cur non addit etiam signa propria inseparabilia? Dic: talia indicant speciem certam diariæ, non totum genus de quibus infra ultimo.

(*Alterum autem.*)

Tradit indicia putridarum in genere tantum.

Aduerte primo: De primo signo febris putridæ, videlicet incipere citra causam manifestam: *nota* Videtur ex exemplo Galeni, quod sit inseparabile signum putridæ incipientis: nam in exemplo Galeni putrida sequitur ad diariam, quare iam non est putrida incipiens. Dic: Galenus affert illud exemplum,

plum, vt ostendat putridam nonnunquam sequi ad causam manifestam: Quod vero possit fieri putrida à causa manifesta non prægressa diaria, ostenditur. Quia hæctica potest fieri incipiendo ob robur causæ. 3. de prælag. puls. 2. & 3. ergo magis putrida. Item causæ externa potest esse putrefaciens: cui vitio obnoxij sunt humores magis quam spiritus. Item apparet crebro experimento ex errore victus continuo sequi accessionem putridam. In agnoscendo autem transitum diariæ ad putridam, conatur Galenus quam citissime agnoscere: videlicet si in statu diariæ apparent iam aliquot putridinis notæ. Aliquanto tardius signum explicatur. 8. Thera. 4. vbi proportione procedentis inclinationis nõ minuitur febris: sed aliquantam magnitudinem conseruat. Adhuc tardius signum est, si transacta inclinatione, non succedit exacta integritas. Quod autem Gal. addit, occupare putridam priore desinente, non significat, incompatibilem esse putridam sequentem cum prægressa diaria: sed docet historiam frequentem: nam diaria solet desinere intra diem.

Aduerte de secundo signo: Cum rigor requirat impetum moti humoris, aut vaporis per musculos in odice, aut calefacientis, aut refrigerantis: nõ repe-

ritur

ritur extra humorales febres: nisi iungatur causa externa sufficiens ad rigorem: ideo scribitur signum proprium putridæ cum adiecto. Quinto: quod non præcesserit validus calor, aut frigus externum. non tamen inseparabile est putridarum: quia extra tertianam exquisitam, & quartanam fere rigor non accidit: imo in initio validus, non nisi in tertiana .1. ad Glauconem .4. & 2. Crisum .3. Horror autem, ultra quam quod non est inseparabilis, cum continuarum proprium fit non horrore: etiam nec proprius est: quia nonnullæ diariæ cum horrore incipiunt. Interpretes enim hic asserentes, ideo non esse horrorem proprium putridæ, quia accidit etiam citra febrem infra, reijciendi sunt. Quia in illis locis iungit horrorem rigori: & quia hic non inquiruntur signa separantia putridam à morbis non febrilibus, sed à febribus non putridis.

Aduerte de tertio signo: Inæqualitas pulsus licet asseratur cōe signum ois febris .1. ad Glauc. 1. & .5. Verum euidenter reperitur in putridis: imo etiam ex putridis asseritur pulsus tertianarum equales. 2. Crisi. 3. & pulsus synochi. 9. Ther. 3. & 4. scilicet collatione ad alias putridas. Nam si conferantur ad pulsus diariæ, & adhuc magis ad pulsus sanum, omnes

illi

illi pulsus inæquales sunt. Est autem inæqualitas illa tam collectiua, quam in vno pulsu. i. ad Glauconem. 5. videlicet quia cū vsus vrgeat aucti caloris, accelerat natura initium distentionis, in medio autem remoratur motum propter humores & vapores partim obstruentes partim grauantes: rursus autem irritata ab vsu, acelerat finem distentionis & pari ratione fit collectiua inæqualitas. Quo modo ergo inæqualitas hic asseritur propria putridæ? Dic: significat magnam inæqualitatem, quæ soli putridæ adest, non tamen omni putridæ: nam in quibus mutatio fit à principio confestim ad augmentum accessionis, quarum principium habet incompressam a notatione, id est in cuius principio pulsus momentanee non minuitur, minima apparet inæqualitas, aut nulla. 3. de prælag. puls. 6.

Pulsus in
æqualitas

Aduerte de quarto signo: Pulsus proprius putridæ in principio accessionis describitur. 3. prælag. 6. paruus, & inæqualis. Quoniã enim obstructio meatuum non finit ingredi copiosum aerem, ideo paruus est: inæqualis autẽ, quia varie spargitur humor obstruens. Idcirco fere languidus, quia vis opprimitur: Aliquando celer non unquã tardus: videlicet si magis augetur calor propter putridinẽ confluentis humo-

humoris, quam suffocetur præ copia & frigiditate eius, sequitur velocitas; si vero maior est suffocatio ex copia & frigiditate, sequitur tarditas. Ex qua sententia colligitur. Primo: recte .3. de causis puls. 16. separari pulsum facultatis debilis per resolutionem, à debili per aggrauationem: nam in debili per resolutionem, pulsus sunt parui, & languidi, æquales tamen: in debilitate autem per aggrauationem, inæquales sunt: alij magni, alij vero parui: & ex modo vincetium intelligitur qualitas grauationis: quare initio accessionum merito pulsus sunt inæquales. Colligitur secundo: Auic. 1. quarti. tt. 2. cap. 2. indistincte scripsisse de pulsu principij accessionum, (& non est velocitas eius fortis.) Colligitur tertio: etiam in febribus non humoralibus inueniri nonnunquam symptomata ex humoribus: siquidè Galenus habet etiam in febre diaria, accidere nonnunquam pulsum similem initio accessionum, propter humorem infestatem os ventriculi. Colligitur quarto: sententiam .12. Therap. 3. quod pulsus principij est tardior moderato, explicare frequentiam non perpetuitatem.

Aduerte de quinto signo repetitionis: Accessio diariæ quæq; dicitur prima, licet non succedat altera,

M sicut

*Signum debilitatis per
resolutionem per
aggrauationem ad debile
per resolutionem*

sicut dicitur mulier perijsse ex primo partu, aut vir ex primo morbo. Sunt tamen quædam diariæ licet non nomine, re tamen & signis, habentes aliquot accessiones: eo quod habent similitudinem cū putridis in foco, vt diaria ex cruditate, aut ex obstructione. Repetunt autem tales, propter relictum in foco. de quibz meminit Galenus .8. methodi. 4. & Auic. 1. quarti de cruditate: propter raritatem autem earū, non meminit Galenus in hoc loco: & quia non habent repetitionem per certas horas, vt putridæ.

Aduerte de sexto: Calor mordēs potest dici proprium, & inseparabile putridæ, nō tamen semper: quonia in inijs accessionum non dum apparet ad tactum. Dictum autem Themisonis, quod hoc signum erat cōmune omni febrī, potuit tolerari cum Galeno. 6. epid. 29. verum meretur accusationem, eo quod non separauerit morsum putridæ valde manifestum, ab insuauitate diariæ. Quidam hic deluduntur, putantes in eo reprehendi Themisonem à Galeno, quod ille scripserit hoc signum pro inseparabili putridæ: quod tamen non apparet initio accessionum.

Aduerte de septimo: Quidā hic putant frequentiam vtriusq; quietis in pulsu esse parē in putridis: alij,

alij, excrutiantur, quo modo velocitas contractionis non magis appareat in principio accessionis, quam in augmento: cum experientia videatur monstrare, copiam fuliginum magis accruari initio accessionis lignorum quam posterius: maxime cum id significet Gale. 3. de præfag. puls. 6. Dic: Aperte hic & paulo ante dixit Galenus, in principio accessionis augeri velocitatem contractionis: in augmento autem vsque adeo crescere, vt etiam minuatur quies externa: quoniam in principio suffocato calore, non dum adest tanta fuligenum copia, quanta in augmento: & multo minus natura conatur eam expellere in principio. Locus autem .3. de præfag. puls. tantum significat in accessionibus augeri velocitatem contractionis, magis quam in intervallo. Colligitur ex hoc signo, recte scriptum esse .3. de præfag. puls. 4. proprium iudicium omnis febris esse, velocitatem pulsus: quia in diaria & hæctica manifeste apparet: in putrida autem saltem contractio semper est velocior moderato. Quod autem addit, principio pulsus esse paruum: constat ob debilitatem oppresse facultatis, & parvam necessitatem. Velocem autem non esse semper, sed aliquando tardum ostensum est supra: Hic ergo vel intellige velocitatem contractionis, vel

Freque-
tia in qui-
bus non
est par.

*in principio
est maior
velocitas
con-
tractio-
nis*

frequentem euentum: quoniam sæpius est velox.
 Aduerte de octauo signo coctionis: Videtur ob-
 stare, quod nõnunquam in prauis febribus & pesti-
 lentibus apparet coctio in prima die. Secũdo: Quod
 Anaxioni redijt febris cũ coctione integra. i. Crisiũ
 18. Tertio: Dubitatur, in permutatione diariæ ad
 putridam, num appareat coctio solum durãte dia-
 ria, an etiam post factam permutationem. Quar-
 to: In febre peraugmastica, cum fere tota sit decli-
 natio, in prima die apparet coctio manifesta: trans-
 acto scilicet, iam statu. Dic ad primum: Tales per-
 eunt non ex morbo, sed ex deleteria qualitate mo-
 ti humoris 3. epid, sect. 3 75. & rari sunt casus, vel po-
 tuit incipere ea febris a diaria, ex qua fit permutatio
 in putridam prauam: quare cessat in processu co-
 ctio. Ad secundum: redijt febris Anaxioni, cũ iam
 esset morbus in statu. Ad tertium: Videtur intelli-
 gere Galenus durante diaria. Licet enim (quod qui-
 dam asserũt) humor ex se non habeat malitiam, sed
 ex cõtagio febris diariæ inceperit putredo: putredo
 tñ illa non pot aboleri, nisi precedat occulta coctio,
 & sequatur manifesta, tandẽ aut plena: Semper em
 reperiuntur tẽpora illa, licet breui durantia. i. Crisiũ
 18. Et licet iuxta hanc interpretationem videatur

exceptio Galeni nulla, verum admonitio est utilis in opere. Ad quartum: Non semper distinguuntur tempora per variam coctionem, sed in varijs morbis varie, infra vlt.

Aduerte de nono indicio: Symptomata plurima febrium apparent in statu: ideo Galenus meminit de symptomate apparente in statu: verum in quocunq; accessionis tempore apparuerit, prebet eandem indicationem.

Aduerte postremo: Ex 3. de presag. puls. 5. & de differentijs puls. vlt. reprobari Archygenem, quoniam vocauit pulsum durū, methaphorice idest in suauē vel molestum. In quo significato docuit pulsum omnem febrientis esse durum, maxime ex febre putrida. Redarguitur autem: quoniā durities in arteria tacta est obiectū proprium tactus: & propterea debuit definiri propria significatione, pro eo pulsu cui cedit tactus. 5. simpli. 4. Docet autem dignoscere pulsum durum a vehemēti. 4. de dignos. puls. 1. quia vehemens euertit vniuersos digitos, sicut validus ventus, non tamen perforat aut pūgit: durus vero instar lapidis lente moti non sufficit euertere digitos, sed magis premit & perforat: huius autem duri agnoscit causas tres, siccitatem momē-

tancam arteria, concrecionem a frigore, & tensio-
nem, siue ea nascatur ab humore præter naturã, si-
ue a plenitudine conuelleret: Quo sit vt & scyrrus,
& inflammatio, comprehédantur sub tétione hic:
5. autem simpl. 4. putat proprius appellandam esse
tensam arteriam, non duram, sed renitentem.

SECTIO QVARTA.

Capit. 8.

DE hæcticis febribus primo: explicat varias ei⁹
species. Secundo: docet indicia hæcticæ ma-
rasmodis. §. (Febrium autem.) Tertio: separat sig-
nis incipientem marasum a consumato. §. (Dico
autem.) Quarto: tradit indicia hæcticæ simplicis
§. (deinceps igitur.) Quinto: separat hæcticã sim-
plicem ab incipiente marasmo. §. (Siccã vero.)
Sexto: docet agnoscere hæcticã alteri febrì iun-
ctã. §. (Alteri vero.) Septimo: tradit particulares
notas diariarum. §. (Dictum autem.)

(Generantur igitur.)

Explicat varias ethicæ species.

ADuerte primò: Num hætica fiat incipiendo.
facilis solutio est, fieri incipiendo, vel in prin-
cipio nonnunquam, idest in primis tribus, aut qua-
tuor diebus morbitatõ vt altera febris antecedit:

Handwritten marginal notes:
... de ...
... nulli ...
... in ...
... sunt ...
... febr ...
... antecedit ...
... febr ...

principium enim morbi tripliciter dicitur .i. Crisi. 6. & 7. videlicet de indiuisibili initio morbi, de manifesta coctione, & de primis tribus morbi diebus aut quatuor, ostenditur significare non unquam. Primum: triduum ex .i. præfag. 12. (si vero in morbi veteri iam triduo) ostenditur significare primū quaternarium ex .i. proret. cōmento. 1. & .i. Aphor. 12. & .i. epid. sectione. 3. cōmento. 1. & .i. Aphor. 7. Quod autem Galenus, quando contendit hæcticā non unquam incipere, intelligat accideret in primo quaternario ostenditur: Quia. 10. Therap. 5. probat hæcticam incipere, quia agnouit illam in quarta die morbi: & aperte. 2. Crisi. vlt. ait, hæcticam non incipere in primis morbi diebus, sed tēporis prægressu: scilicet vbi nō adest causa externa. Si autē placet pars aduersa, nēpe quod potest, inuadere licet rarissime, præfente causa validissima, nulla alia febre præcedente, & id defendi potest. Habet & ea pars suas coniecturas, quoniam & putrida inuadit non præcedente diaria: multo tñ rarius fit hætica incipiendo quam putrida: & enim accedente causa putrefaciente inuadit statim putrida, quoniā spiritus nō similiter humoribus apti sunt putrere: hæctica vero & diaria ambæ fiunt à simplici calefaciente:

quare nec ipse Galenus intra triduum audeat agnos-
cere, num statim ceperit hæctica: an præcedente dia-
ria infra. Si tamen ea pars placet, respondendū est
obiectis. Ad primum: legitur .2. Crisi. vltimo, non
accidere in primis diebus: explicetur ex. 3. prælag.
puls. 4. rarissime accidere. Ad secundum: semper
ante calefactum membrorum præcedit calefieri: &
id fiens lædit operationes: nam cum factum non sit
intensius quam fiens, si factum lædit sensibiliter, er-
go & fiens prægressum: tale autem fiens non est
hæctica. Dic primo: potuit fiens prægressum non
lædere sensibiliter propter partem aliquam mem-
bri non dum calefactam: vbi tamen totum est cale-
factum, licet non intensius, prima læsio euadit sen-
sibilis. Secundo: licet fiens lædat sensibiliter, potest
pendere à causa externa, & ita non erit morbus: cū
primum autem est facta independēs, est febris hæ-
ctica. Dic tertio: cum motus recipiat de nominatio-
nē à termino ad quem, calefactio membrorū non
fixa in spiritu, nec in humoribus, cū sit motus termi-
natus in calefactum membrorū, est hæctica: Et licet
apud Galenum hæctica sit calor æqualis membro-
rum, intelligatur hæctica in facto esse. Illa autē in-
qualitas breuissimo tempore durat, & cito occupat

omnia

Hæctica
num inci-
piendo.

Abus vobis probat
no daci ut cyferent
soluit

soluit

2^a

3^a

omnia membra. Ad tertium: ab vno calefaciente, membra, varie repugnantia non perducuntur ad vnā æqualitatem caloris: ergo non ad hæcticā. Dic: ostensum est supra, satis esse ad hæcticā æqualitatem caloris cum fixatione in corde. Præterea: si temperamentum æquale in sanitate durat cum ea varietate membrorum, durabit cum eadem intemperamentum æquale hæcticæ. Ad quartum: quomodo non prius calefient ab externa causa spiritus & humores minus renitentes? Dic: leuia magis effugiunt actionem causæ validissimæ, quam valde renitentia: ostendit Aphrodiseus. 4. proble. 51. ea de causa quosdam non conficere pisces saxatiles, cum coquant bubulas carnes: ideo quercus lucentē ædit ignem, non paleæ: sic mola ingentia grana comminuit, parua transmittit: sic venti impetus sublimes arbores frangit, non humiles fructices: sic vitrum cadens frangitur, non caro: sic iuuenes ex casu colliduntur, non pueri: sic fulmina exurunt densa vasa, transcolant contenta lintea: sic arcus plumbatam sagitam longius, quam calamum iaculatur. Fieri etiam potest vt spiritus & humores ex alimento sint frigidi, membra vero arida, calida, apta ad febrem. Non valde autē distat inter duas sententias

dictas.

dictas. nam difficillimum est, nec valde mutat curationem, agnoscere de hæcticis in initio morbi agredientibus, num præcesserit diaria, nec ne. Colligitur ex hoc loco duas has febres, fere repente à manifesta causa oriri, putridá paulatim magis citra manifestá causam: quæ febris in illis est inflámatio requirens causam externam inflámanté. In humoribus autem putredo fit per conculcationem, vbi acceditur ad quantitatem, vel locum vbi putret.

Aduerte secundo: species hæcticæ hic relatæ patiuntur dubitatiões. Prima: Separat hæcticá in duas spés iuxta, quod ros vel manet, vel absumpt^o est: & tamé apud Auic. de humoribus humiditates sparsæ per cor sunt quatuor. Secunda: 10. Ther. vlti. non diuidit ex consumptione roris, sed carnis, & solidorú. Tertia: 7. Ther. 6. numerat species quatuor, vulgo tres hic, duas. Quarta: Apud Accium lib. 8. 92. pri^o absumitur caro, quam ros, contra rationé, & Gale: 7. Therap. citato. Dic ad primam: species siccitatú quatuor iuxta quas. 10. Therap. diuidit species hæcticæ sunt: Siccitas solidi idest mébri spermatici: sic enim intelligitur hic solidum, licet supra nóe solidi venirent oía membra: 2. carnis & adipis: 3. diminutio aliméti solidorú vocati generaliter ros: 4. dimi-

nutio

nutio alimēti carnei, idest sanguinis in exilib⁹ vasis.
 Nam. 3. de tēperamētis. 1. īmediata est trāsmutatio
 sanguis in carnē, in solidum vero per quidā mediū:
 qđ in osse est medulla, in cute glutē, in neruo muc-
 cus, in vasis seminalibus semen, in mamis lac, vni-
 uersaliter aut ros. Has quatuor siccitates agnoscit
 Gal. vbi exacte differit: Lib. aut de marasmo. 6. & hic
 in duo tantū secat: videlicet curabilē, & incurabilē:
 quarum prior differētia cōplectitur tres priores spe-
 cies, altera postremā. Ex quo intelligitur: si conferā-
 tur verba Gal. 7. Ther. 5. cum Auic. de humoribus
 cap. 1. Quod quatuor humiditates secūdæ quas re-
 fert, sunt quæ dissipātur in his quatuor siccitatū dif-
 ferētijs: nisi quod prauē interpretatur, credēs eas nō
 esse partes actu mēbri: & īmaginās esse quatuor me-
 dia inter sanguinē & carnē, contra Gale. 3. de tēper-
 citato & experientiam, frustra multiplicans res, &
 contra id quod ipse doctrina de membris cap. 1. in
 fine affirmat, carnem ex sanguine fieri vna tantum
 mutatione, solida multis. Num autem necessārio
 consequantur se illæ siccitates ordine. Dic: fere ser-
 uatur ordo explicatus. 7. Therap. & .2. prælag. 28.
 non tamen videtur negandum, posse prius exsic-
 cari illa priora ob robur agentis exsiccantis: sicut

quan-

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

quádoque incipit hæctica non diaria: rarius tamen accidit illud in exsiccatione quam in febre: Partim quia exsiccatio est operatio difficilior, quam calefactio: Partim quia exsiccatio membrorum potissimum nascitur ex defectu alimenti: defectus autem alimentum prius est in sanguine, quam in rore, & in rore, quam in membris. Ad secundam: Siccans calor non potest ita agere in rorem quin simul absumat aliquid de humido membrali: plus tamen & prius siccat rorem quam carnem, & carnem quam solida. Ergo Galenus separat hic species hecticæ per exsiccationem roris, illic per exsiccationem roris, carnis, & solidorum: varie quidem, sed non pugnâter. Ad tertium: Patet ex dictis: nam & paulo infra fecat in tres differētias: eo quod exsiccatio. primæ humiditatis id est, sanguinis cōtenti in exilibus vasis, magis pēdet a calefacto humorū quam membrorum. Ad quartum: Quidam reprobant Accium: qui tamen in eo loco transcribit Galenum. 10. therap. cit. videlicet quod febris ardens exsiccat carnem & adipem sensili euacuatione: quo tempore nondum est hectica, sed colliquās: Vbi vero calor figitur in membris, incipit insensibiliter dissipare rorem, post carnem, post solida. Penes quid ergo distinguuntur hæc species

Siccitatū
differētis

inter

inter se, & hæctica à non hæctica? Dic: non penes intentionem maiorem, quia nulla hæctica est magna febris: tertio de presag. puls. 4. & ita secūda species non est intensior, prima: ostenditur: quia potest sequi marasmus ad febrem longam, vel ad morbum frigidum. Secundo: quia ex longo morbo resoluitur calor innatus. Tertio: quia possunt membra esse arida apta valde siccari, non valde calefieri. Quod si aliqui authores affirmant calorem magnum in hæctica, ut Aecius citato, & Auic. 2. 1. de causis doloris, & lib. de medicinis cordialibus cap. 4. intelligunt fixationem & equalitatem per omnes partes, non intensiorem. Nec distinguuntur penes ordinem inductionis: ostensum est enim posse induci secundam speciem ante primam: Et apparet manifeste in febre colliquante, quæ ante quam sit hæctica, potest resolvere humiditates dictas, sensibiliter tamen, in quo distat ab hæctica. Separatur ergo hæctica ab aliis febribus per equalitatem caloris: species autem inter se separantur quia ros, vel ebullit tantum, vel diminutus est, vel ex toto absumptus. Nam reliquæ humiditates sunt partes membri: prima autem humiditas cum contineatur intra vasa, magis pendet in sua exsiccatione à calefacto humorum, quam membrorum.

*Separatur quia siccitas
est frigiditas regulata
in vasis*

brorum. Non enim videtur recipiendū quod quidam hic aiunt, rorem ideo numerari quia est idem cum spiritu: spiritus autem simul cum carne, & solidis constituunt naturam nostram. .ii. Therapeu. .i. Cum ergo prima siccitas sit magis frigiditas, & frigidum calefaciendi tempus sit breue: merito colligit Galenus .7. Therap. 6. quod intra triduum si comode cibantur, redeunt ad statum coquēdi amplius alimentum. Siccitates autem sequentes sunt longæ difficilioris curationis: tum: quia resarci nequeunt nisi nutritione, nutritio autem in debilitate membrorum difficillima est: tum: quia meatus & viæ alimenti conueniunt, quare negatur ingressus alimento. Adde: quod pluribus transmutationibus aluntur solida, quam spiritus & pinguedo: ideo merito colligit Hyppocr. Quæ ex longo tempore extenuata sunt corpora, tarde reuerti cōsueuerunt: quæ vero breui breuiter. Eo quod longo tēpore redditur exhausta etiam membralis humiditas. Habet autem difficultatem quod hic ait, facilem esse curationem hæcticæ citra marasmus cum .ii. tertij. 2. In temperies cordis cōfirmata non recipit curationem: & cum non est cōfirmata non est facilis curæ: hætica autem febris videtur in tē-

*seruina siccitas & frigiditas
curationis si comode
cibantur*

*27^a chap^a siccitates sunt
difficilioris curationis quia
cum aqua volubilitate ad
viam autem siccitate
pergitur & siccitas diffi-
cili curatur, 2^a diffi-
cillima, 2^a nulla m^o*

peries cordis confirmata. Dic: per confirmatam intelligit non simpliciter æqualem, sed quæ valde impressit: quod hæctica simplex non habet. Adde: quod intēperies cordis in cardiaca calida quando agnoscitur, est iam diuturna: in hæctica vero primæ speciei agnoscitur incipiens, propter comitantem febrem. Postremo: vocatur facilis cura hæctica primæ speciei non simpliciter, sed collatione ad marasimum. Altera dubitatio: de pugnancia inter hunc locum, vbi etiam in pessima siccitate solidorum ait, parum abesse quin totus ros sit absumptus: & .7. Therapeut. 6. vbi de secunda specie ait, rorem omnino esse absumptum. Dic: Apolimēni ^{απολυμένοι.} quo verbo ibi vtitur, est temporis præteriti & præ- ^{νοι.} sentis: ibi autem in præsentē legendum est, id est parum abest quin totus absumatur. Per rorem autem Galenum intelligere alimentum solidorum, apparet: quia non agnoscit medium, nec est necessarium inter sanguinē & carnem. Licet autē quandoq; vniuersaliter dicat rorem esse alimentū sparsum per partes ad earū nutritionē, intelligit solida, quæ vere vocat partes. Si cui vero placet sanguinē sparsum ad nutritionē carnis vocare rorem, de nōe est con-

est contentio: sed est vere sanguis, nec pugnat Galenus secum.

(*Febrivm autem.*)

Explicatis differentijs hæcticarum, tradit indicia marasmi profecti, vt potè notiora.

Capit .9.

ADuerte primo: de signis oculorum: Potissima sunt in significado corporis & animi affectus: 6. epid. sect. 4. 27. Monstrat Galenus à posteriore, quia ira, læticia, amor, odium, modestia, gravitas, libido, truculentia, imbecillitas, (vulgo oculos quebrados) non alibi manifestius apparent. Vnde phisonomici vocant oculos, flores animæ: & 7. probl. 7. maxime inter membra mutantur tam ab externo agente, quam ab interno. A priore, ostenditur: quia retina est cerebrum non induratum, sed concretū: 8. de usu. 6. Præterea: inest oculis spiritus animalis plurimus per perforatos opticos. Postremo: est membrum humidissimum, & mundissimum, quare suscipit impressionem ex quovis defluente humore: ideo ad præfagiendum habet primum locum. 1. præfag. 13. Quod vero hic athici ob imbecillitatem palpebras attollere nequeunt, habet difficultatem: Partim quia. 1. præfag. 14. asseritur indicium

tium debilitatis clausio non integra oculi: non videtur autem quo modo eiusdem debilitatis effectus sit, non integre claudere illic, & non integre apperire hic: Partim: quia tabidi mouent reliqua membra arbitraria multo grauiora. Dic ad primum: integra clausio dormientis, & integra apertio vigilantis, sunt extremi motus, exigentes robur facultatis: ideo media nictantium figura, quam sua natura palpebræ petunt etiam in defunctis, indicat summam debilitatem. Sed cur ea debilitas in acutis agnoscitur per defectum clausuræ dormientium, in marasmo vero per defectum aperturæ vigilantium? Dic: quia in acuto morbo, vel ex repentino fluxu sequitur siccitas inequalis, quam consequitur conuulsio palpebræ impediens clausuram: in marasmo autem, siccitas est æqualis, quam consequitur rigor cutis: ariditas autem cutis impedit corrugationem palpebræ, ideo nictant. Ad secundum: non est causa nictandi sola debilitas motricis, sed iuncta rigenti palpebræ: sicut pari causa, cutis frontis in illis tensa est, non corrugata. Quod autem obscuritas magis representetur in oculo, quam in reliqua facie: causa est defectus plurimi spiritus soliti accedere ad oculos. Quod subsideant, causa est plurima

Note debilitatis variaz.

N humi-

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

humiditas illorum, facile resolubilis: sicut pari cau-
sa, tempora collabuntur: propter absumptam substra-
tam carnem. Cur vero lippa in illis indicet summam
debilitatem, Galenus explicat. i. præfag. io.

Aduerte secundo de signo ex pulsu: Scribitur
hic, paruus: verior tamen interpretatio est (graci-
lis) quod nomen indicat pulsum longum, sed an-
gustum & humilem. Item celeritatem agnoscit Ga-
lenus. 4. de causis pul. 9. Hic vero magis expressit
frequentiam: quia in magna debilitate etiam cele-
ritas amittitur, nunquam tamen frequentia. Acri-
monia vero caloris apparet tardior & minor, quam
in multis putridarum. Non enim conuincit ratio: quo-
rundam ad oppositum, videlicet quod in termino motus
plus acquisitum est de qualitate motus, quam in
primo: Ethica vero est terminus calefactionis de ine-
quali intemperie sexto. Non conuincit (inquam):
Quia quando passum variatur, potest in termino
motus qualitas esse imbecillior: ut si ferrum ignitum
inflammet paleas: Item non conuincit, quando in via
perditur aliquid de qualitate motus: Quo modo
membra senis non sunt calidiora quam iuuenis, li-
cet magis passa a calido. Item potest febris in decli-
natione putridæ, vel diariæ transire in ethicam: quo
casu

casu ethica erit maior declinatione antecedente, nō
tamen tota febre quæ præcessit.

(*Dico autem.*)

Separat secundam ethicæ speciem à tertia per essentiam
sicut paulo post per signa.

ADuerte primo: Quid requiritur & sufficit ad
debilitandam virtutē, siue in toto, siue in par-
te. Nam 4. Therap. 4. dixit, debilitatem esse validū
intēperamentū: siue in sanitate accidat, siue in mor-
bo, siue in toto corpore, siue in parte: Auic. 1. quarti
rt. 2. 9. dixit oēm agrum esse debilē: Galenus vero. 8.
Therap. vlt. dixit in febribus diarijs, nisi concurrat
symptoma aliquod validum, non summi indica-
tionem à viribus: eo quod non sunt debilitatę, & 11.
Therap. 2. dixit in febribus putridis & in inflāmatio-
nibus, vim non esse semper infirmam: Lib. autem
de inæquali in temperie quinto, dixit debilitatem
operis esse signum inseparabile intemperamenti
ethici vel facti: Idem 3. præsagiorum puls. 2. Et
tamen hic in prima specie ethicę scribit vim nil es-
se passam. Dic: intemperies æqualis necessario
habet annexam debilitatem operis: eo quod essen-
tia facultatis consistit in intemperamento æquali:

N ij fiens

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

fiens autem intemperamentum si validum est etiã debilitat: cum in omni fiente reperiatur aliquid factum, quod potest imbecillitare. II. Therap. citato. Sicut autem fiens nonnunquam debilitat ob vehementiam suam: ita factum, si est remissum, & exigui temporis vt ethica primæ speciei, non debilitat momentanee. Est autem illa exigua varietas in respondendo, creberrima Galeno: eo quod sensilia nõ nisi cum latitudine agnoscuntur. 5. simplic. 8.

Ethica
num ha-
beat tem-
pora.

Aduerte secundo: Num ethica habeat tempora. Hic enim agnoscit illa Galenus. Dic: ex lib. de generalibus morbi tēporibus in initio, in omni morbo sicut in qualibet re de nouo genita possunt affirmari quatuor illa tēpora. Verum non secundũ idẽ cõputantur in omnibus morbis: sed iuxta varietatẽ conuenientẽ vnicuiq; morbo, iuxta quam mutatur curatio, aut prædictio: ita vt in quouis morbo vnica tēpora considerentur, iuxta certam varietatem ne æquiuocatio faciat errorẽ. Nam in epylepsia ex sola intensiõne symptomatũ computantur tēpora: In humoribus præter naturã penes quantitã defluentis humoris: In febribus penes varietatẽ coctiõis: In ethica penes varietatẽ impressiõis in mēbra. Vnde colligitur, ad cõem difficultatẽ nõ tres modi ethicæ

fiat

sint tres species hæcticae. Nam si sunt tempora vnius morbi, quo modo erunt morbi tres specie distantes. Item cum vnus calor numero inducat tres illas siccitates, quo modo specie distabit à se ipso.

Aduerte tertio: Num semper ebullitio roris constituat hæcticam, & si ebullit aliquando cum putridine. Dic: arabes affirmantes quatuor humiditates distantes ab humoribus merito dubitant de illis putrentibus, in qua specie febris contineantur: Nobis asserentibus solum roré, vna difficultas de rore manet: In qua videtur: quod rosebulliens ex febre diaria contineatur sub diaria, ex putrida sub putrida, sicut ex hæctica pertinet ad hæcticam. Putrere vero ipsum possibile est, sed rarissimum propter paucam moram suam: cum transeat confestim in membrum. & propter innatum calorem circūstantium membrorum renitentem putredini. Vbi vero putruerit, continetur sub putrida: sicut putredo lactis, chyli, & vermiū: de quibus propter raritatē suā non meminerūt medici. Auerrous vero. 3. collect. 4. dixit febres putridas esse duplices, quasdam ex humoribus hepatis, alias ex humiditatibus tertie coctiōis.

(*Deinceps igitur.*)

Proponit indicia tria febrium ethicarum simplicium,

Aduerte de primo signo: Proponit ethicam generatam a causa externa: videlicet eo quod, tradidit signa ethicae non permixtae cum putrida: talis autem potissimum apparet in casu dicto. Nam ubi putrida transit in ethicam fere non statim aboletur putrida, sed manet iuncta cum ethica aliquandiu. In casu autem proposito, Num inceperit statim ethica non praecedente diaria, an vero praecesserit, nec ipse Galenus audeat dignoscere: ob similitudinem signorum diariae ad signa ethicae incipientis: quod ipsemet fatetur lib. de marasmo 7. Nam in primo die omnino internosci non possunt: in secundo, si febris manet par habetur suspicio ethicae: in tertio, si durat paritas iuncta ariditati tactus iam habetur cognitio de ethica: Semper tamen manet dubitatio inciperit ne confestim ethica, an diaria. Non obstat huic signo ariditatis, quod affirmat Galenus ethicae non semper iungi siccitatem: Quia ibi intelligit siccitatem momentaneam, semper tamen a calefacto membrorum exurgit ad manuum vapor minor, & minus humidus, quam a calefactis humoribus.

Aduerte secundo de altero signo: In tertia die non

ciba-

namque ob hanc causam
in casu putrida non
est sed succedente putrida

namque hanc siccitatem
est in
lib. de marasmo
non sibi sumunt.

cibari in hora suspecta cōmodum est ad dignotionem. Cibato enim fere in crescit calor: quare maneret adhuc cognitio dubia. Si ergo nec secunda die, nec tertia augetur calor, certū est nō esse quotidianam, nec tertianam: quartana vero continua rarissima est. Præterea: ad quartanam oportebat in tertia die febrem valde minui: quare relinquitur ut fit ethica. Quod autem Auicē. 1. quarti tractu. 3. cap. 2. affirmat validum augmentum caloris in tertio pro signo ethicæ, quidam cominiscuntur expositiones, nec satisfaciētes, nec necessarias: Est enim Phrasis Auicē, qui illic solū trāscribit hūc locū: dicens em (& fit fortis in tertio) significat manere fortē in tertio, sicut 18. tertij de lapido renū (& fit fortis in hora vacuitatis) id est manet fortis.

Aduerte de tertio signo: In cremenū febris post cibationem, cum circumstantijs, est proprium & inseparabile ethicæ. Sunt autem circumstantiæ prima: quia in ethica fit augmentum citra aliquod signum principij. Secunda: quia in ethica augetur febris quacūque hora cibatur. Tertia: quia durat illud in cremenū vsque ad distributionem alimēti, qua per acta reddit pulsus ad statum pristinū. Ad dignotionem autē harum circumstantiarū plurimū

facit aſſiſtentia medici die vna & nocte.

Aduerte quarto: Cur hectici cibati magis febriant, prima cauſa videtur: quoniam indidit natura vim ficco, vt ebibat humidum: calido vero, vt migret in humidum. Non eſt enim cauſa huius augmenti febris, ſicut ebullitionis in calce, quando perfunditur aqua (quod quidam ſcripſerunt) frigiditas aque repellens intro calorem: quia idem fit affuſo vino: Nec eſt calor ſolus natiuus lapidis effluens extra propter penetrationem aquæ: Quia calx ſine aqua impoſita vlceri vrit: quod cõminutus lapis non facit. Sed cauſa eſt: quia ob denſitatem lapidis quãdo vritur, plus ignis in eo manet quam in carbone: is tranſit in humidum affuſa aqua propter cauſam dictam: quia ſequitur ebullitio, ſicut ſucci fructuũ ea de cauſa ebulliunt quãdium habent humidum permixtũ ſufficienter cum ficco. Cur autem (quod calx facit) piper tritum affuſa aqua non ebullit? Dic: quia non trahitur aqua ad intimum vbi ignis coercetur, ſicut a fugente ſiccitate calcis: Eadem cauſa corpus ſine alimento facile ignitur & areſcit, & multa in hanc cõfirmationem lib. ſimpliciũ. 4. tradita ſunt. Altera cauſa: etiam ſi non augetur de nouo ignis, cum modo cõſiſtat in vapore, qui ſua natura fertur

ad manum, ante autem in sicco, quod non accedit,
 iudicatur modo maior quam antea, ob cōmodita-
 tem applicōis: ob quam causam etiam in alijs febribus ab hæcticis, succedit aliquando augmentū post
 cibationem, sed multo minus, quam in hæctica pri-
 ma, quarti. tit. 3. cap. 2. Addit potest tertia causa: quā
 solam recipit Auerrous, quod alimentum in hæcti-
 co cum reddatur simile membris calefactis, valde
 calet: In reliquis autem febribus assimilatum mē-
 bris non dum calefactis, multo minus calidū eua-
 dit. Hæc tamen causa habet locum etiam post nu-
 tritionem, contra experientiam & Galenum hic.
 Obijciunt tamen multa tum alijs, tum Auer. 4. col-
 lectorij. 33. Primum: Si cibus semper ab hæctico ca-
 lefit: ergo per alimenta quamlibet frigida non cura-
 bitur, contra sententiam omnium. Secunda: Si ca-
 lefit a corpore, quo modo recipit maiorem calorē
 corpore. Tertia: In febribus colliquatibus adest sic-
 citas membrorum: sequetur ergo calefactio post ci-
 bum, & ita non erit proprium signum hæcticarū.
Quarta: Aqua opponitur calci: alimētum non op-
 ponitur mēbris: ergo non conuenit similitudo. Quin-
ta: Cibus in initio reprimit calorē, & angustat pul-
 sum: ergo non auget febrē. Sexta: Quo modo cali-

ditas

Hæctici
 cur post
 cibum ca-
 lent.

nida Jan 2020
 videtur hoc 60.

3

3 in me falsa gna
 quærit post multo
 angustatam quærit
 sum in me e dary
 oris mury et daly
 to ante nutritio, 2
 nutritio

Don't it's calx multo
 albedo refrigerat
 hinc efficitur gna
 calidi et fugat

quærit in me
 sum est post nutritio
 ut aqua munda et
 hinc gna

nida in gna
 nutritio in gna
 nutritio in gna
 modo

ditas humida est multo calidior quam sicca, si uni-
 versaliter siccitas est lima caloris? Septima: Quo
 modo pulsus a cibo est magnus: si vis est debilis, &
 arteria sicca? Octava: Quo modo augetur calor
 post cibum, si ex Galeno hic calor ethicae est æqua-
 lis? Dicad primum: frigidum alimentū suscipit ca-
 lorem a membris minorem, quam si alimentum
 esset temperatum: & interim refrigerat sua quali-
 tate membra: sicuti multa perfusio calcis refrige-
 rat calcem, licet aqua ebulliat. Ad secundum: au-
 getur calor non qualitate, sed quantitate: sicut li-
 gnum ex appositione ligni igniti. Ad tertium: etiā
 in alijs febribus, & insanis aliquid augetur calor ci-
 batis: sed non vt in ethica: quia rationes dictæ
 multo magis procedunt in ethica: nec in febre col-
 liquante membra sunt equaliter arida, sed equali-
 ter liquata. Ad quartum: alimentum etiam initio
 est dissimile. Adde quod non ebullit aqua quia dis-
 similis: nam etiam si affundatur calida, ebullit: quia
 est humidum affusum sicco ignito: quare compa-
 ratio Galeni quadrat. Ad quintum: pulsus cibatis
 redduntur maiores, & celeriores tertio. de causis
 puls. 16. nisi facultas grauetur: tunc enim reddun-
 tur inæquales. Explicat autem Galenus postynam,

vel

vel alteram horam: partim quia in debilibus recur-
sus calidi introsus post cibum refrigerat: partim
quia calor non sentitur, nisi post initium alendi.
Quod autem paulo post cibationem incipiat ali-
tio, ostenditur expulsu roborato. 2. Aphorismoru
18. & durat vsque ad integram spartionem alimē-
ti. Quę cum magis celebretur in nocte, fit vt ta-
bidis fere febres noctu crescant. 2. presag. 60. Qua-
re non oportet asserere cum quibusdam duo tem-
pora quibus calor augetur in ethicis, sed vnum
continuum ex Galeno hic. Ad sextum: Humidi-
tas facit ad durationem quia alit calorem: ad inten-
sionem vero actionis non facit, sed magis occlu-
dendo poros, & densando habet ad actionem cali-
di: quare asseritur siccitatem acuerē actionem ca-
loris, quia tollit humiditatem impediētem. Ad
septimum: Non fit simpliciter magnus pulsus: sed
maior propter copiam caloris aucti, mollitiē arteriæ,
& viriū robur: licet collatione ad sanum sit debilis.
Ad octauū: Æqualitas inest ethicæ ex natura sua:
accedēte vero causa aliqua variāte calorē, mutatur.
Item: æqualitas inest ethicæ, id est vniiformitas ca-
loris per totum: cum qua equalitate stat, vnam ethi-
cam esse multo intensionem febrem alia. Sed est



Siccitas
nū lima
caloris.

ne calor ille addit⁹ etiam hæcticus? Dic: fieri potest
 vt sit: sæpius nõ est hæcticus: Nam ex cibo ros cale-
 factus inflammat corpus calore fiente: postquã ve-
 ro iam nutrit habet calorem solum pristinum. Sic
 calor ex ira vel tristitia, in hæctico fere est fiens.

(*Siccam vero.*)

Complet indicia hæcticarum: addens discrimina simplicis
 hæcticæ, ab incipiente marasmo.

ADuerte primo: Licet supra traditum sit exacte
 siccum non esse aptum suscipiendo calori, hic
 scribitur nisi corpus sit siccum, non esse aptum he-
 cticæ: videlicet sicut ligna viridia non inflamman-
 tur facile, nec item cinis, sed exacte sicca ligna: ita
 & sicca corpora viuëntia: Nam talia habent humidũ
 lentum aptum inflammari, & morari aliquandiu
 ob lentorẽ humidum. Humiditas vero aquæ ma-
 gis extinguit ignem, quam inflammetur ab igne:
 Humidum autem aeris licet inflãmetur, non du-
 rat obtenuitatem. Quod autem culpatur eos qui opi-
 nabantur a solo hepate vel ventriculo inflammati
 oriri hecticam, significat Philippum lib. de maras-
 mo. 7. Quod ait, siccitatem temperamenti facere

ad

ad ethicam, complet signum propositum ad agnos-
cendam ethicam incipientem: temperatura enim
sicca corporis confirmat ethicæ suspensionem.

Aduerte secundo: Quidam ex hoc loco eliciunt
siccitatem magis calore disponere ad ethicam: sed
non recte, nam calor in vniuersum magis disponit
ad omnem febrem. 8. Therap. vltimo, præsentem ta-
men caliditate, ad ethicam summe facit siccitas cor-
poris. Cum autem in prima specie ethicæ non con-
cedat Galenus manifestam siccitatem, sed solū fer-
uorem roris: Colligitur species ethicæ non distin-
gui penes species siccitatis traditas. 7. Therap. 6.

Aduerte tertio: Quod condemnat epithemata
calida in membris naturalibus per febres, erat vi-
tium Thefaliorum sui tēporis. 10. Therap. 6. No-
stro æuo magis viget error oppositus: statim enim
imponunt frigida contra Galenum. 10. Therap. 11.
de quo late artis. 89.

Aduerte quarto: De signo ex arteriarum calore.
Galenus & Auic. numerant illud inter signa ethice
coia: quare non sunt recipiendi, qui hic applicant
illud marasmo. Nam locum arteriarum sentiri ca-
lidiores vicinis vt in ethica, vel minus frigentem
vt in affectibus cerebri frigidis: eo cōtingit quia ar-

teria:

*in parte in arteria
calidior sentitur
quod est vitium
vt dicitur febri
inter qui in morbo
sunt ut in febri
et in febri dicitur
et in febri dicitur
et in febri dicitur*

teria à calore cordis valde calet: maxime vbi cor ha-
bet calorem factū quatto de causis puls. 16. Humor
enim putrens intra vasa non ita imprimat in arte-
rias: maxime quia ex mistione non putrentis humo-
ris mitescit. 4. de sanitate. 7. Est ergo proprium sig-
num ethicae, excessus caloris in loco arteriarū: col-
latione ad alias febres, non ad omnes morbos sim-
pliciter. Sed cur non additur signum ex vrinis? ma-
xime cum vulgo agnoscat ethica per pinguedi-
nem in vrina: & maxime comendetur inspectio
eius in ethica pestilente. 3. de praesag. puls. 4. Dicit
ethica per se non habet indicium ab vrina: quia si
incipit initio morbi non separatur à diaria: in pro-
cessu autem morbi, coctio vrinae nō significat ethi-
cam, quia etiam apparet in processu putridae coctae:
vbi vero cum ethica iungitur febris colliquans, vel
pestilens ratione illarum comode inspicitur vrina.

(*Alteri vero.*)

Docet agnoscere ethicam alteri febre iunctam.

Capit. 10

ADuerte primo: Num sit possibilis febrium co-
mplicatio. Dic primo: non esse necesse ad aliquā
ex his febribus sequi aliam: quia sicut calefaciēs ex-

ternum

ternum licet totum calefaciat, non reddit calefactū
 ad febrem, nisi vnum tantum ex tribus cōtentis in
 corpore: ita febris ipsa occupans vnum ex illis in-
 flāmat reliqua duo: non tamen reddit illa calefacta.
 Dic secundo: præsente quauis ex ijs potest induci
 alia: quia corpus per febrem est magis aptum ad ca-
 lefactum, quam si nō febriret: ergo possunt reliqua
 poni in calefacto concurrente febre priore, tanquā
 causa totali, aut partiali, aut disponēte. Durabit autē
 complicatio durāte duplici calfacto, cessabit altera
 illarū, cessante vno calfacto. Nō obstat primo: quod
 post febrem intensiorem non poterit induci alia re-
 missior: quia esset remissio caloris, & non febris
 addita: Quia, licet præcedēs fuit intensior quoad
 calefieri, verum potest induci calor æqualis in om-
 nes partes, qui non occupabat omnes: & illud non
 est refrigeratio, sed calefactio partis nondum cale-
 factæ. Non obstat secundo: quod sequeretur eun-
 dem calorem esse fientem & factum: quia nil incō-
 uenit quo ad vnum gradum esse factū, quoad aliū
 fientē. Non obstat tertio: quod non poterit manere
 putrida post productionē ethicę: eo quod calefactū
 humoris nō dicitur febris, nisi calefaciat mēbra: mē-
 bra autē iā calefacta non possunt ampli⁹ calefieri. Nā

Complicatio fe-
 brium nū
 possibilis

obstat 1^a

obstat 2^a

obstat 3^a

obstat 4^a

obstat 5^a

cale-

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

calefactum humoris sufficit ad esse putridæ, si prop-
ter impedimentum iam calefactorum membrorum
non sequitur illorum calefactio: verba enim defini-
tionum dicunt aptitudinem tantū. Adde: quod nō
producitur calefactum in membris secundū omnes
gradus putrētis humoris simul, sed secundū vnum
tantum: tempore autem producentur alij gradus
in membris à calefacto humorū. Non obstat quar-
to: quod fiens & factum distent specie, & tamen fa-
cerent vnum: nam si complicarentur, cum sint duo
calores in vno subiecto facerent vnū: quia illi calo-
res quatenus calores faciūt vnū numero: quatenus
æquales & inæquales distāt specie. Non obstat quin-
to: quod videtur ex sanguine calefacto gigni spiri-
tus calefactos: maxime vbi etiam membra fuerint
calefacta: quare oporteret semper iungi diariam.
Quia licet cor sit calefactum, & humor, cum spiri-
tus producatur per nouam generationem, possunt
non esse calefacti: sed calefientes tantum.

Aduerte secundo, vltra signa dicta à Galeno hic:
memorantur ab arabibus primum signum ethicæ
vniuersale: æqualitas febris quā non percipit æger:
3. p̄sag. pul. cap. 3. & 7. videlicet quia deest inæqua-
litas requisita ad dolorē. Altera signum: velocitas
in pul-

in pulsu perpetua: Licet enim possit ex accidentaria causa refrigerari corp^o, tamen calor fixus in corde cum debilitate virtutis semper exigit velocitatem. Tertium: calor sensatus impulpis digitorum, volis manum, & plantis pedum: videlicet quia in declinatione putridarum exhalante vapore calido extrema propter inopiam sanguinis refrigeratur: quod non accidit ethnicis. Quartum: tussis fere sicca propter calorem sensatum in pectore: ad calorem autem propter gracilitatem quandoq; sequitur sanguinis sputum: si vero continetur humor in pectore, tussis humida est. Marasini autem inditijs addunt, vrinam oleagineam cum contentis squamosis, quæ fusa lapidi rauce sonat: videlicet quia calefactum solidorum educit squamas. 1. Crisi. 12. & carnem propter diuturnitatem, non solum insensibiliter, sed & sensibiliter liquat in oleum. Mortis vero proxime signa afferunt: pediculorum copiam propter alimentum non confectum: & propter eandem causam caro quasi pulvere aspersa est: vngues incuruæ, propter defectum substratæ carnis: pilorum prolixitas propter copiam exusti vaporis: vbi vero is vapor putridus est magis radices pilorum putrent: quare decident vt in pthysi.

O (Dictum

(*Dictum autem est.*)

Docet notas diariæ particulares, ac primum in diaria
ex vltione.

Capit. ii.

Aduerte primo: Cutis representat statim magnum calorem: multo maiore quam paulo post, & quam febris & sitis exigua requirant. Quoniam densata cutis a calore solari facit, vt intus minus vratur, & febricitent: ideo agricolæ non sudant cubantes ad radios solares, sicut sub vmbra: ideo etiam in vntionibus dorsi, quæ adhibentur in solatis adijciuntur frigidis succus verbenacæ, vulgo (orgeuão) ad extrahendos vapores ignitos, qui per calefactam & ideo densatam cutem dissipari nõ potuerunt: sicut ambusti applicant igni vltam partem: Alterum signum proponit febris ex insolatione: quod caput cum dorsali maxime afficiuntur, & iuuantur frigidis perfusionibus: causa autem non est cõmunis interpretum, quod ex halationes ascendunt ad caput: quia ea conuenit omni feбри: Sed quod cerebrum & dorsalis ob summam humiditatem, & mollitiem, & imbecillitatem naturalium facultatũ lib. de phlebotomia. 8. & ob copiam eius in homine supra reliqua animalia, omniũ partiũ maxime & citissime refrigerantur, & calescunt. 2. de partibus animalium. 7.

Vnde

Vnde pueris quorum cerebrum adhuc molle est, accidūt inflammationes ardētes in capite dictę syriases, & refrigerationes: vnde etiam maxime operiūtur hæc membra à nocturno aere, & diurna insolatione: ideo diariam ex insolatione. 8. Therap. 3. solis incipitis perfusionib⁹ curat. Addit tertium signū: ruborem & calorē cum siccitate partium capitis. Quia tamen sæpe vltis, caput repletur ob trahentē calorem à toto, addit distinctionem: Quod si corp⁹ est purum, apparet is calor in capite & facie: sin minus, magis sequitur plenitudo & vasorum tentio cum distillatione. Docet autem Galenus, vnde oritur febris in vltis & refrigeratis: videlicet quia vel totum corpus, vel solum caput ob causas dictas vri- tur: vnde cōmunicatur calor toti. In refrigeratione autem sequitur febris propter recursum caloris ad viscera, ex cute densata: vnde crebræ fiūt in hieme pleuritides. 3. Aphorif. 17. & .20. & multi laborantes ex iecoris calore per hiemem deterius habent. Videtur autē durum, quod hic Galenus refert causam febris in destillatione præsentis ad humorum frigiditatem. Sed videtur significare discrimen inter duas similes diarias ambas cōplicas reūmati, vnā ex externo calore, alterā ex frigore: docens

exustione; si corpus est purum nō sequi catarrum;
 sed calorem cum multa siccitate partium faciei: vbi
 vero corpus est plenum, sequitur catarrus etiam cū
 magna partium faciei, & capitis plenitudine: In re-
 frigeratis autem multo frequentius sequitur catar-
 rus, ex frigidis humoribus propter febrem com-
 municatis corpori & capiti, & molem corporis au-
 gentibus: vocatque tales catarrhos, febrientes ex
 refrigeratione: febricitantes ex humorum frigidi-
 tate: quia videlicet non est simplex refrigeratio, sed
 etiam frigidorum humorum distillatio: subdens
 nam & ex his .s. qui copia frigidorum abundant
 humorum, quando refrigerantur distillatione ca-
 piuntur, & febris fere est symptoma distillationis,
 magis quam densatē cutis: videlicet propter reple-
 tionem, & obstructionem capitis, liquantur succi
 frigidi in eo contenti. Solet enim Galenus docere
 frequentia, quales sunt hi duplices catarri: sed mul-
 to frequentior est in præfrigeratis, quam in vstis.

Aduerte secundo: Num diaria distinguatur per
 species, iuxta varietatem spiritus calefacti. Dic: cū
 omnis diaria pendeat à calefacto spiritus in corde,
 nō pōt recipere eā varietatē. Cur ergo diuiditur ex
 varietate externæ crustæ, si à tali causa nulla sumitur

indicatio ad curationem? 4. Therap. 4. Dic: sumitur ad affectus agnitionem in corpore, quod hic queritur. Cur fere cessat transacta naturali die? Dic: quia singulis cibationibus nouus spiritus gignitur: vestigium autem calefacti ex prima cibatione adhuc apparet in sequenti: in qua totus spiritus calefactus dissipatur. A quo corrumpitur calor manens in membris? requirit enim agens positium? Dic: temperies membrorum non dum calefactorum corrumpit excessum caloris in membris calefcentibus, absente impedimento calefacti spiritus.

Finis Liber primus.

O iij

LIBER SECVNDVS

DE DIFFERENTIIS

FEBRIVM.

SEcūdum Librum dicat solis humoralibus,
propter prolixiorem earum tractationem
secatur autem in partes septem.
Prima: tradit vniuersim differentias putri-
darum.

Secunda: causas & indicia tertianæ. s. (Fe-
bris autem.)

Tertia: quotidianæ. s. (Est vero & altera.)

Quarta: quartanæ. s. (Tertium vero.)

Quinta: de compositis febribus humoralibus.
.s. (Putrescente pituita.)

Sexta: de febre sanguis. s. (In his autem.)

Postremo: inquirat causas circuituum in fe-
bribus. s. (Postquam autem.)

SECTIO PRIMA.

(At illud superest.)

Reijcit falsas sententias de febribus humoralibus,
appositorum suam .§. sequenti.



Duerit primo: Ratio Gale, pri-
ma, qua ostēdit auctābilem nō
esse perpetuam febriū causam,
argumēto ictericorum, qui bi-
le referti, non febriunt tamen,
nō videtur vrgere. Potest enim
responderi, in arquatis non necessario abūdare bi-
lem: sufficit enim obstructio solius porifeli. Sed li-
cet arquati ante morbū non semper abundant bile,
ex retentione eius eam acervant: Est tñ adhuc sub-
ter fugium aliud: nempe intellexisse priscos bilem
abundantem originem prestare febribus omnibus,
non quamuis, sed intra vasa bullientem: vbi vero
exit vasa in icterico refrigeratur, sicut & sanguis.
In secunda autem ratione, quod sumit pueros &
senes acervare pituitam, explicandum est: Quod
licet innato temperamento oppositi sint, ob accidē-
tarias tamen causas cōveniunt in abundantia crudi

O iiii

succis:

succi: quia etiam in generando lapidem. 3. Aph. 26.
 & 31. videlicet senes propter incoctionem ex defe-
 cto calore. 2. de temperament. 16. pueri vero prop-
 ter incoctionem ex erroribus victus: nempe lacte,
 plurimo alimento, motu post cibum. 3. epid. sect. 3.
 15. & balneis post cibum hic. Colligendum vero ex
 hac ratione est, febres humorales magis proportio-
 nales esse humori putrenti quam temperamento fe-
 bris absolute: Nam febris quotidiana & quartana,
 quatenus febres magis proportionales sunt nature,
 etati, & tempori, calidis & ficcis: & tamen ex Gale-
 no hic frequentius eueniunt in oppositis tempera-
 turis. Causa est: quia facilius est copiosum aliquem
 humorem in vasis corripere putredine, quam tempe-
 raturam corporis calidam, & siccam aegrotare febre
 humoralis certa deficiente, aut non abundante eo humo-
 re in vasis. Sententiam autem illam priscorum, quod fe-
 bres humorales omnes oriuntur ex aucta bile, redolet
 Aphor. Hypp. 4. lib. 7. si febris non ex bile habeat
 (id est non sit humoralis) multa calida capiti superin-
 fusa sanat. & 2. Aph. 145 (si biliosa fuerint excremen-
 ta) id est humoralia corpus vna aegrotat.

Putridæ
 cui tēpo-
 ri familia-
 res.

42.

Aduerte secundo, de rigore quid sit: Est enim non
 nil varietatis inter secundum de causis symptomatum

3. & lib. de tremore. 6. Libro em̄ de tremore venatur finitionem essentialem, supponens notionalē, rigoris em̄ nomen in sanis de sola perfrictione corporis dicitur: in ægris importat iunctam corporis concussionē totius: quo modo distinguitur ab horrore soli^o cutis simili affectiōe. Licet quāq; Gale. non separet ab horrore supra cap. 1. & infra de quotidiana, & 1. ad Glau. de quartana, & quotidiana. Quod autem attinet ad essentialē finitionem: Cum perfrictio: ait Galenus: innati calidi fiat a flāma maiore, a defectu materiæ, ab exuperante & ideo suffocante, ab appositione contrarij extingentis: reliquæ tres species paulatim refrigerant: Suffocatio enim, quæ videtur repente refrigerare prius ex calfacit nos. Sola adhibitio contrarij, vtaqua perfusa repente refrigerat. In accessionibus ergo cum mandetur humor contrarius calido innato, tum quia humidus est, tum quia victus non est, per habitum corporis, sequitur repentina refrigeratio. Quia autem repente etiam refrigerantur æstuantēs, quādo in frigida balneantur, & tamen non rigent quia reducuntur ad habitum naturalem, integra definitio essentialis rigoris erit: Perfrictio calidi innati subita & violenta: idest ducens corpus
 extra.

extra naturalem habitum. Colligitur ex finitione, cur rigori iungatur concussio totius, aliquñ solius cutis dictus horror, si sensibilis est, aut inæqualitas si insensibilis. Nā spiritus fugiēs contrariū intro recurrit, vbi quiescere nō potest, quia natura igne⁹ est, & aereus ex quibus constat, & semper mobilis quare extrosum vergit: & rursū ob causam dictam repulsus introsum colligitur, in qua vicissitudine motuum fit corporis concussio. Lib. vero secundo de causis symph. cit. refert eam concussionem ad expultricem facultatem mandantem calidum extrosum, vt expellat noxium humorem per membra diffusum: Infra autem ostendetur non semper coire humorem expellendum in rigore, sed sæpius vapore putrentis humoris pungentem membra, & stimulantem ad expulsionem noxij per varias concussiones. Et quadrat magis cum nā vigoris explicata: nā si natura esset posita in motu extrosum, difficile est dicere quomodo recurrit introrsum calor: accedente vero vapore acri agitati humoris ad carnes sicut in aspersis calida recurrit intro. Inter quas sentētias licet possit probabiliter referri causa sicut in motu ignis composito in mixtis lib. de vsu respiratiōis. 3. ad naturam calidi ipsius viuentis in sola contrario-

rum

refugit quia se
 ait sic de humore
 in f. peratione 2. lib.
 2. de causis symph.
 concussio quia rigore
 in concussio nec
 in a. f. peratione 2. lib.
 in 6. lib. refugit
 rigore

rum motuum vicissitudine: est tamen apertior & certior altera causa, nempe conatus expultricis ad excretionem noxij sensati, vel humoris, vel vaporis. Colligitur secundo: cur ad rigorem sequitur febris. ob tria inquit Gale. citato de tremore. Primo: quia prohibetur spiritus extrosus egredi: acervatus autem intro, & vnitus valde calet. Secundo: quia ob moram præcedentem, ne membra diu priuètur spiritu reddit magno impetu extrosus, vnitus: ad impetum autè sequitur calor. Tertio: quia per concussions præcedentes augetur calor: cum ex motu etiam lapides & metalla inflàmmentur. Sed potissima causa est, focus vbi humor putret, quare calet: nam quandoq; ad paucum rigorem sequitur magna febris, quãdoq; è conuerso. Colligitur tertio: rigorem non esse solam refrigerationem, nec solam corporis concussionem, sed ambo iuncta. Quare non est pugnantia quod Galenus lib. de tremore definit per refrigerationem. 2. autem de causis symptomatum per concussionem corporis: quia vtrobique additur in obliquo quod deest in recto. Refrigeratio autem hic dicit, non simpliciter quamuis refrigerationem, sed eam quæ est passio calidi innati per se: quando ipsum calidum innatum idest spiri-

tus

*fratris in conu...**Corrol. 2^m**questio cur no...**lib. de tremore...**propositio**Corrol. 3^m*

tus ex natura sua subit eam passionem, nam alia refrigerationes sunt passionis membrorum: hæc primo est spiritus, per consensum autem membrorum. Colligitur quarto: Quod licet totum corpus in rigore moueatur de causis sympt. cit. & .1. epid. sect. 2. 20. non oportet materiam per totum corpus mandari: satis est enim ad motum totius, quod aliqua pars male afficiatur, cui reliquæ consentiant. Colligitur quinto: motum illū cum non expectet imperium voluntatis, merito appellari inuoluntarium. 2. de causis sympt. cit. verum si voluntarium sumitur pro motu sequente imperium voluntatis, nec respiratio, nec tussis, nec rigor sunt motus voluntarij: si vero sumitur pro motu in quem potest habere ingressum voluntas ad accelerandum, vel retardandum, omnes tres sunt voluntarij. Sed est ne operatio animalis, quia per musculos fit cōtractio-
ne. s. villorum longorum, an naturalis quia prouenit a vi expultrice naturali contractis circularibus villis? Dic: cum membra singula moueantur per articulationes in vtranque partem rigenti, constat fieri per longos villos musculorum contractos: Sentiens enim vis naturalis musculorum morsum cōtrahit villos longos ad excutionem: non secus quā

*vol. 4 m.**rigor & motus huius**Corol. 5^m***Rigor nū
motus vo
luntarius.***Quod nūc sumit duo
modis aut primo
sequenti imperium
voluntatis aut secundo
in quantum potest ingredi
voluntatis, respiratio huius
rigor non sunt nū
voluntarij nisi huiusmodi
modo
illa quide' operatio e'
animalis*

per coctionem tenuior est & calidior, rigor auge-
 tur: quo casu dixit Alexádrinus. 6. epid. 8. idiota tri-
 statur, & artista letatur. Dubitant etiá propter loca
 aduersantia. 2. de causis sympt. ^{cap. 5.} & .1. ^{tradi. 2. cap. 6.} quarti in vtro
^{cap. 5.} ^{questio 6.} casu maior est rigor, indebili ne an inualida faculta
te. Certum est auté debilem vim magis à leui cau-
 sa molestari, quia minus renititur valido frigori
 & calori rigere facientibus: quod Galenus pronun-
 ciat. Si autem id quod lædit pellitur á vi naturali
 expultrice, quo illa fuerit validior celerior erit mo-
 tus: & ita maior dolor, & validior rigor: Sed illa
 non opponuntur. quia debilitas resistentis & ro-
 bur mandantis faciunt augmentum rigoris: fere
 autem aliud est mandás nempe facultas ipsa mem-
 brorú: Repugnat vero carnis moles, copia sangui-
 nis, densitas pororú. Si vero proponatur idem esse
 mandans & repugnans, prodibit iudicium mediú:
 sicut in reliquis indicationibus pugnátibus. nã ci-
 bus quatenus auget materiam morbi lædit egrum:
 quatenus roborat naturam pugnaturam iuuat: sic
 robur expultricis potest ex parte celeris motus au-
 gere rigorem: ex parte roboris renitentis morsui,
 minuere. Sed fere aliud est agens ^{s. expultrix} rigore, aliud vero
 renitens rigori. Num autem priscis temporibus
 ad

ad fuerit rigor sine febre ex pituita vitrea non putrente, parum refert. Galenus putat: afferens causam quod etiam apud illos dicente Hyppo. eunuchi, & pueri non podagrifabant, propter frugalitatem: cū tamen Gal. tempore podagrifarent. quare fieri potuit, vt nec illis esset hepialæ, nec rigores sine febre: Quod aut maxime interest de rigore perspectū habere, est: separare hos rigores pituitosos sine febre, ab alijs qui in proximis morti fiunt propter calidi innati exiguitatem: sicut in alijs accidunt extremorum refrigerationes, & appetentia operimentorū: omnia. s. lathalia, & magis si neque fricati recalescūt: Significatur enim ex illis insignis visceris inflammationio: vel tentare naturam, non posse autem perficere crism per rigore: vel tanta innati caloris penuria vt non possit ad extrema extēdi: quare plurimi tales ægri in epidemijs perierūt. Ita ex rigoribus quidā erit morbosus, vt in intermittētib: Quidā salubris creticus, vt in cōtinuis sequēte vacuatione: Quidā exiciosus in cōtinuis nō sequēte vacuatiōe: Quartus minans morbū propter vitream pituitā si nō sequitur febris. Siluius hic ait vitream pituitā sparsam per membra inducere validum rigorem: Qd non videtur: Quia secūdo de caus. sympt. 3. ex

fri-

ca' cur gale' ait Suidem
re dicit rigores sine feb
et cunctis et pueri
inducit podagrifare
quia tempore his co
minis maxime excre
de et ait Sommit
dedit sunt dedit q
flamma gant q' sicut
nec fuerit rigore sine
si pueri pueri pueri
nocent officia

quid Significat rigore in
continuis sine crism

rigorum modi

frigido nō calfacto magis fit horror quā rigor. Sed
 cur humores reliqui sicut pituita non pelluntur ex-
 tra vasa citra putrefactionem ad inducendū, simi-
 liter rigores sine febre? Dic: apparent non raro ^{quasi} quar-
 tani & tertiani circuitus citra febrem periodicam,
 cum sola mēsticia, lassitudine, & horrore: quoniā
 causa periodicā ^{unde pot. dari} non pendet ex putredine. Quod
 autem frequentius contingant rigores non febriles
 ex pituita, causa est insignis frigiditas illis. Argen-
 terius vero dupliciter culpatur Galenum in traden-
 da causa rigoris. Primo: quia conuulsionis causam
 asserit esse humores impactos ventriculis cerebri,
 nulla facta mentione facultatis: causam vero rigo-
 ris asserit esse facultatem irritatam, non facta mē-
 tionē humoris: cum oporteat similes motus simili-
 ter definiri. Secundo: quia vocat rigorem sympto-
 ma, & causam symptomatū morbum: cum tamen
 rigor non sequatur ad febrem, sed antecedit eam.
 Parum tamen vrget: Nam secundo de causis symp.
 agit de conuulsione in facto esse: quæ cum pendeat
 à sola causa præter naturam, merito non assumit in
 finitione facultatem: Motus vero conuulsivus, &
 rigor, & singulus, cum fiant à facultate irritata im-
 mediate, merito in finitione assumunt facultatem:

sicut

mita in hanc sensuor
 rigidiy fuit solius
 erroris qua rigore
 in rigor fit amor
 aboite

namque cur sicut videtur
 in hunc modum fuisse per
 a corhuq. variis rigor
 in alijs sumo vlt
 rigore absq. febre

equit in galy de con-
 uulsionis in facie a no
 in demom conuul hie
 in hie et rigore con-
 procedunt a mot. capul
 dicit de conuulsionis
 in facie hanc idem de
 finit. rigore aut, hie
 in et, motu conuul-
 sionis facie hanc et
 quibusdam

sicut & tremor, quia altera sui parte oritur a facultate mouente. Ad secundum: aliqua symptomata sequuntur ad causam morbi, nō ad morbum: vt rubor, & humor in inflammatione, & rigor in febre: Dñr tamen symptomata sequi morbum: vel quia sequuntur generationem morbi: vel quia non expetunt curationem, nisi post morbum curatum: & hoc modo ex tribus rebus præter naturam: inquit: morbum curandum esse: causas tamen prius, symptomata si quæ relinquantur posterius. Magis poterat notari Galenus varietatis in reddenda causa, cur rigentes cōcutiantur in star tementiū. Nam libro de tremore, refert ad naturā calidi ipsius, cui inest vicissitudinarius ille motus introrsum & extrorsum, sicut flammę ascensus ad locū familiarē sibi, & descensus ad substratū alimentū. Libro aut de caus. sympt. refert ad vim expultricē in toto mandantē calidū ad excretionē noxię per mēbra initio accessionis sparsi. Cū tamen facilior causa sit, eos ideo tremere, quia reuocato a corde plurimo calido ab extremis partibus, mēbra externa præ caloris inopia nequeunt statū pristinum obseruare: quare tremunt, non aliter quā nudus homo si se exponat boreę, vel frigide imergatur.

(Intermittentium autem.)

*Sympt. sequit ad
dum Sen ad cam m
bi ut rigor sequit
ad gummō mōdō
qui e cā morbi*

*dicite sequit sequi ad
dum quia gummō
quom morbi s. ca
te post morbum
ut curat sequi cā
morbu, 3^o Sympt
quom sunt curantē*

*Sympt. et facile mor
rigoris
intermittentium
munitur
aliquo*

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

¶ Differentias humoralium ita numerat: in presenti quidem intermittentes, & continuas non periodicas quas vocant continentes: imitantur enim etiam Latina nomina Græcorum inuentum, ut sicut illi appellant alteras *συνεχέις*, alteras *συννοχέις*, ita nos continuas, & continentes: ne cogamur (quod prisci faciebant dicente Gal. i. ep. sect. 1. 2.) Periodicas continenas, vocare, modo continuas, modo intermittentes.

Aduerte primo: de causa continuitatis & intermittentiæ febrium. Non enim videtur perpetua causa Galeni, quod in continuis continetur semper humor intra vasa: in intermittētibus extra. Primo: Quia apparent nonnullæ febres sub intrātes, in quibus humor est extra vasa, quod ex eo apparet quia procedēte morbo apparet manifesta intermit-^{cum mī sūt vīm}tentia: & tamen febris est continua ex presenti definitione Galeni. Idem apparet in inflammationibus internis, & in empyematis, & in lūbricis putrētibus: sicut e conuerso, in sanguine ex tracto quorundam scabiosorum, & mastorū apparet putredo intra vasa, & tamen aut non febriunt, aut febre tantū intermittente. Secundo: Quia, 4. Aphor. 43. ob malignā putredinem redditur febris continua: potest autem maligna putredo esse extra, sicut intra vasa. Dic: causa continuitatis febrium est continua delatio fuliginis a foco ad cor: quia autē facilis est cōmeatus a venis exiguis per magnas ad cor, difficilis autem a carne: ideo fere causa continuæ febris est focus in-

Intermittentium
causæ.

*¶ Differentias humoralium
¶ Continuas & continentes
¶ Periodicas*

*¶ Subintrantes
¶ In quibus humor est extra vasa*

tra vasa: intermittētis autem extra: rari autē sunt casus oppositi numerati, sicut etiam quod exigua putredo contineatur in vasis remotissimis à corde: quod accidit in scabiosis, vnde vel non sequitur febris, vel sequitur intermittens. Ad alteram: maligna putredo in vasis associat sibi continuam febrem: quia si natura potuit extrudere humorem putrentē extra vasa, non est valde maligna putredo. Quare causa Galeni hic recipienda est, ceu frequentissima tantum. Nam nomine intermittētis intelligi Hypoc. & Galeno, febrem omnē in qua non cessat sensibiliter febris, est aperta sententia Galeni hic, & 4. Aphorismo. 43. & sæpe. Non videtur autem impossibile accessionem ex humore extra vasa durare vsque ad sequentis initium, non modo in febribus compositis, in quibus est frequens: sed & in simplicib⁹. Nam si accessio tertianę infra, potest durare horis. 30. cur non magis pituitæ? Et ita erunt extra vasa subintrantes non intermittentes: vocant vulgo continuas non veras. Verū nec phrasī Hypoc. nec Galeni recipit medium: vtuntur enim solum his verbis: intermittens, non intermittēs: quę verba ceu contradictoria non recipiunt medium. Adde quod etiam post Galeni tempora referente

*phrasī extra vasa durare
febr. per 12. horar. ut
in feb. tertianā nō per 30.
horar.
biliosa aut durare per
diem et alia duodecim
in feb. tertianā?*

Tralliano, quidam opinati sunt, causam continui-
tatis non esse locum vasorum: sed magis quantita-
tem & qualitatem humoris morbidi: nam bilis mul-
ta & crassa vbi vbi sit, facit apud illos continuam: pau-
ca & tenuis intermittentem. Alij item putarunt:
intra venas non putrere humorem: quoniam in lo-
co putredinis semper oriuntur infecta: febrem au-
tem oriri ex inflammato non ex putrente humo-
re, quod supra de sanguine, & bile ostensum est. Pro-
babilissima tamen est, & fere vniuersalis de his om-
nibus præsens Galeni determinatio.

quest. 1.
28 Aduerte secundo: num febris intermittens sit
vnus morbus. Dic: si non adest læsio sensibilis actio-
num non constituitur quis actu æger: licet actu ha-
beat causam morbi: vt arteticus, & epilepticus, &
recidiuaturus, & qui percussus est a rabido cane: sed
tales sunt neutri lib. de constitutione artis. 23. ideo
conuenit illis sola per cautio. Secus est in tertiana-
rio, qui ob frequentiam & prolixitatem accessio-
num, etiam in die interualli læsas habet functiones:
quare etiã tunc est æger. Locus em̄. 5. de placit. 2. asse-
rẽtales in die interualli esse extra morbum, falso legi-
tur: solũ em̄ scribit Gal. in eo loco tertianarios in die
interualli esse extra pathos, id est extra symptomata

acces-

accessionis. Si quærat^{ur}, quo morbo tunc ægrotat
 si non febricit? Dic: intemperamento partis mandan
 tis aut recipientis, aut intemperamento materiali
 foci: sæpe etiam intemperatura morbosa totius: quod
 monstrat inæqualitas febrilis in pulsu. Si quærat^{ur},
 cur recidiuaturus non erit etiam æger, quãdo qui
 dem habet morbum in causa sua, sicut tertianarius
 in die interualli? Dic: ille humor non dum inducit
 febrem certo quodam circuitu, sicut in tertianario.
 Num autem recidiua faciat vnum cum radice dubi
 tant de recidiua vera. Videtur autem vera recidiua
 in qua ex morbo prægresso relinquitur humor suf
 ficiens ad recidiuandum sua natura: Nisi vel medi
 camētis, vel tenuissimo victu repugnet eger. Nam
 si humor fuerit tam exiguus, vt non accedente alia
 concausa non recidinet, est dispositio apta ad mor
 bum, non vera recidiua: adhuc minus si nullus hu
 mor relinquitur. Qualitas enim sola relicta nõ vi
 detur sufficere: quia in omnibus morbis periodicis
 repetentibus etiam per longissima interualla relin
 quitur intemperatura illa partis: & tamen non dñr
 recidiuare. Vgo putat addendam esse partem ad fi
 nitionem recidiuæ veræ: quod accidat in declina
 tione precedentis morbi: alias (inquit) variolæ suc
 cedentes

cedentes febrim essent recidiva. Sed non videtur recipienda additio: quia multæ recidivæ fiunt in augmento. i. Crisi. 18. & 3 Crisi. 9. Qui usus verbi (recidiva) familiaris est, & authoribus & vulgo, & iuxta eam additionem Crises permutationis euenientes in declinatione essent recidivæ. videtur ergo addenda parva (quod intercesserit tempus immune à morbo). Ad questum ergo de vera recidiva num sit vnus morbus cum radice: Si queritur de vnitatem morbi in se, constat non esse vnum: quando quidem in tempore intermedio non fuit æger: nec potest dici vnus morbus, nisi pro dispositione ad quam aptus est sequi morbus. Vel per attributionem ad vnam causam totalem: quo modo exercitus, vel exercitium dicitur vnus. Num autem faciât vnum quo ad tempora morbi. Dic: si inuadit recidiva post declinationem præcedentis morbi, habent varia tempora: si in augmento (quod sæpe fit) vnica. Quo ad dies autem decretorios computandos, sæpe sunt duo morbi, sæpe etiã vnus. 2. decret. 5. ita vt recidiva per se obseruet tempora morbi acuti: ipsa autem simul cum radice tempora morbi diuturni. De quo libro de ceticis. Aduerte tertio de synocho putrido, de quo hic agitur: nã non putres supra inter diarias numeratus est.

Recidiva
cum radice
cũ vnus
morbus.

est. Num sit febris biliosa qđ hic habetur & 2. Crisi. 6. cū tamen. 9. Therap. 3. & 5. & infra vlt. Synochus oriatur ex succis oībus æqualiter putrētibus: vulgo Synoch⁹
ambilio-
sa, aut oritur synochus ex sanguine pro quarto humore. Dic: multorū sentētia est verbū: synochū: equiuoce sūmi hic, & illic: & opinātur quemuis ex tribus humoribus etiam præter sanguinem posse putre- re intra vasa vnico feruore: multo autem frequen- tius, bilem & appellari eam febrem hic à Galeno sy- nochum: locis autem citatis vocari synochū æqui- uoce febrē ex sanguine ortam. Sed sententia opposi- ta certior est. Primo: Quia vniuersi recte interpre- tantes Galenū de differentijs febriū, non tradiderūt varias species synochorū, sed vnam tantū, videlicet Oribas. à quo Paul lib. 2. 28. & Aeci⁹ lib. 5. cap. 74. & 75. & Actuar. lib. 2. cap. 1. Secundo: quia Galen. ipse infra vlt. inquirēs causam febris cōtinentis, de qua sermo præcesserat, refert eam oriri nō ex bile, sed ex succis oībus putrētibus. Videtur ergo asserendū pri- mo: quod sanguis pro quarto humore pōt putrere, siquidem omnia putrēt præter ignem: maxime li- quor ebulliens, calidus humidus, in loco calido hu- mido. Secundo: tantundem est, nec separantur à Galeno. putredo quarti humoris, & totius massæ:

aid

P iij

quia

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

quia quando totus sanguis vasorū inter alas, & in-
guine putret, simul putrent reliqui humores excre-
mēticiij: tum quia exigui sunt: tum quia valde mix-
ti: tum quia minus regulati ab innato calore. Ter-
tio: quando putret sanguis in duobus dissidet á re-
liquorum humorum putredine. Primum: quia nō
pellitur ad focum, cum nullus particularis sit capax
illius: sed vel extrorsum vacuatur deiectione vel
emorragia: aut ad totas carnes, vnde erumpunt pa-
pulae, & exanthemata & similia: Vel manet intra
vasa. Alterum: quia non coquitur á natura per pe-
riodos: quoniam enim perpetuo intro manet infe-
stas principalia, non ociatur vnquā natura: sed per-
petuo coquit, ille vero perpetuo putrefacit vicinū
sanguinem: & euadit augmastica, vel per augmasti-
ca, vel homotena. Quo tempore toto non apparet
periodus vllus: quia est continua tantum ebullitio,
durans ad summum diebus sex: frequentissime in
quarto terminata. 3. Crisiū, cap. 4. Natura (inquit
Galenus) á proprijs circuitibus ad Crisim perueniē-
te: vocans proprios circuitus, quaternarios decre-
toriorum: qui in synochis maximum habent locū:
quia non habent febres sanguineæ proprios perio-
dus, á quibus peruertātur quaternarij omnibus mor-
bis.

bis vniuersales. Ex quo loco colligitur: cur ex sanguine putrente non numeret Galenus propriam febrem: quia intra quartum adhuc est ebullitio sine periodo: Quoniam autem pingue omne, inflatum confestim innatas putret: accidit sanguini vtcitissime ebulliens putreat, versa scilicet pinguiore parte in biliosam naturam: quo tempore iam per tertianarios circuitus insurgit aduersus putrentem sanguine natura. Ergo vbi putret sanguis pro quarto humore, putret etiam omnes humores intra vasa, propter mutuam comixtionem: non enim est dare in vasis sanguinem purum: & ideo tantundem est dicere, synochum oriri ex sanguine, & oriri ex succis omnibus intra vasa putrentibus lib. de plenitudine. 10. Quando autem aliquis aliorum humorum putret intra vasa, propter sui exiguitatem, & malitiam pellitur extra vasa, & fit intermittens: vel ad vasa minora, & nascitur continua proportionalis: ideo tertiana intermittens affert inditia maioris caloris, sitis, & angustiae: quia mixta bilis sanguini mitescit. Quare ex reliquis humoribus dempto sanguine non nascitur febris continens vnicui feruoris. Cur autem Galen. continentem putridam hic, & infra. 8. & .2. Crisium. 6. & .12. vocat etiam biliosam, causa est: quia

no loquimur de febre
qui non fuerit qd
interdixit numerat
habet de febre in

habetur in
fuerit & si bilis
sanos. et fuerit
quonia no dicit
da acerbis qd fuerit
Sanguine fuerit
qui no e dicit
fuerit in vasis

intermittens
fuerit hanc qd
continens
ni mitescit

no quare modo
modo filiosam
continens
e qd sunt simili
habet

conatur exercere medicum incognoscendo differē-
tias febrium continuarum per tactum: & quia tactus
vtrouque similis est, in biliosa continua, & incon-
tinente putrida, quia iam sanguis putrescens saltem
in qualitatibus licet non in forma substantiali, re-
presentat tactui febrem biliosam, dixit locis cita-
tis, continentem esse quodam modo biliosam.

Aduerte quarto de continuis ^{periodicis} proportionalibus:
Videtur Galenus in diuidendo committere errorem
transiit enim genus intermedium: nam oportebat
diuidere continuam proportionalem in biliosam,
pituitosam, & melancholicam: post subdividere pro-
portionalis continuam biliosam, in simplicem &
duplicem tertianam: Ille autem aggreditur ab hac
secunda diuisione, ommissa priore. Dic: conatur Gal.
ad facilem exercitationem medici incognoscendo, re-
ducere species febrium ad paucum numerum: Cum ergo
diuisum hic sit continua periodica, numerat varia-
tes periodorum tres frequētes: videlicet continua ter-
tiana simplex. Continua tertiana duplex: Continua
quotidiana: Continua quartana. Separat aut signis
continua quotidiana a continua tertiana duplici: quia
aut signa illa non sunt perpetuæ certitudinis, inquit:
si accessiones duorum dierum se sequentium sunt similes,

magis

magis esse pituitosam: significans non necio tale esse
 pituitosam. Quod vero attinet ad nomē: biliosam
 continuā vocat Galenus saepe causum: hic vero &
 1. epid. sect. 3. 5. vocat tertianę naturam referentem:
 Arabes tertianam continuā. Cum em̄ causus diffi-
 niatur per ingentem feruorē cum perpetua siti, nō
 cōuenit appellatio causi omni tertianę cōtinuę. Di-
 stāt em̄ primo: quoniā bilis intra vasa vētriculi, ieco-
 ris, pulmonis, cōstituit causum ratione loci: & ad-
 huc magis in ore vētriculi, vel cauo hepatis. 1. epid.
 9. In reliquis aut̄ vasis cōstituitur tertiana cōtinua.
 Secūdo distant: quia in causo non sunt valde sensiles
 exacerbatiōes. Tertio: quia tertiana fit ā bile multa
 nō inflāmata causus ab inflāmata nō multa. 1. epid.
 sect. 2. 20. Addit aut̄ Actuarius lib. 2. cap. 1. oriri quōq̄
 causum ex sanguine tenui effervescente sicut. 2. ad
 Glau. 1. herisipelas nō nunquā fit ab eodē sanguine.
 Quę sentētia vtilissima est in opere: vt intelligatur
 nō nunquā valde conuenire in causo phlebetomia.
 Num aut̄ exquisit⁹ causus adiūgat sibi aliquā inflā-
 mationē visceris. Cōcessit em̄ Gal. lib. de maraf. &
 Paul. lib. 3. 21. negat tñ idem Gale. 2. Crisi. 6. Dic: 2.
 Crisi. nō negat possibilitatē illius cōplicōis, sed agit
 de causo simplicissimo, ideo supponit abesse omne
 inflāma-

*Si sunt semel in die
 videntur et videntur
 causis*

Differen-
 tia causi
 à tertiana
 continua

1^a dicitur

unde non causus est

2^a dicitur

3^a dicitur

Secunda est causus

*ramiora sunt sympt
 2^a periodica simpliciter
 in continua periodica*

Argenti
 scripta
 p
 117

manus

inflāma-

inflammationem: vniuersaliter autem frequentis-
sima causi committantur internas inflammaciones
5. de locis. 6.

SECTIO SECVNDA.

(Febris autem.)

Prosequitur signa .6. exquisita tertianæ aggreditur enim sin-
gulas species ab exquisitis, tanquam simplicioribus: & ideo co-
gnitu facilioribus.

ADuerte de primo signo: Si rigor in initio mor-
bi est vehemens, potest certo prædici tertiana:
quia nec in principio continuarum, nec quartana-
rum, accidit vehemens rigor: multo minus initio
quotidianæ. Verum validus rigor in initio, licet in-
sit soli tertianæ non tamen omni: tertiana enim in
suo ambitu fere inuadit cū vehementi rigore apud
Actuarium, citato: exquisita vero semper .2. Crisi.
3. sicut cum rigore eodem vehementi soluuntur cau-
si. 4. Aphoris. 58.

Alterum signum: ardens: videlicet sumpto no-
mine adiectiue, in quo significato etiam tertiana
intermittens dicitur ardens, & synochus, & quæ
vis febris cui iungitur feruor .8. de plac. 6. quo modo
1. Apho. 23. in ardentissimis febribus extrahit san-
guinem

*Composita sunt in duobus modis 1º
et idem e' atq; composita e' multæ febris
ut ut 3º duplex, 2º ut e' composita ex multis duobus*

*Ad h. signa Gregoriana
vnde feb. quia cognitis
in febribus no' e' dubium
quod ex duplici quæ
minuunt, quæ dicitur
o' vnde 1º. 11. v. v.*

*Si enim signa videntur
rigor*

*si cetero rigor inquit et
vnde dicitur 5. Greg. 5. 2º*

2º ardens

**Ardentis
febris æ-
quiuoca-
tio.**

Additio

guinem vsque ad animi diliquium, id est in validis febribus cum sanguinis presentia, quare non sequitur est febris ardentissima, ergo ardens, substantiue sumpto nomine pro causa, sed adiectiue. i. feruens. Primo, enim Aphorism. legitur *δυνακαιοτατων*, & hic *καυροδεις* legitur nō causos. Quare frustra cōtendūt quidam, num sit exquisita tertiana ardēs: est enim adiectiue, non substantiue ardens. Dere autem, memorandum est ex 3. Crisi. 3. quasdam febres esse validas, sed boni moris, vt exquisita tertiana: alias mittes sed mali moris, vt quotidiana. Causa est: quia in humoralibus febribus periculum non tantum pendet ab intemperatura calida, quantum à causa quæ vel faciliter, vel difficulter expurgatur.

Tertium signum: facilitas expurgationis propter humoris tenuitatem: ideo enim salua est quoniam omnes morbi materiales sicci sunt lætales, vel longi: humidi salubres & breuis. i. acutorū. 22. & 23. morbi autem vasorum sunt sicci, quando non iungitur sudor, vomitus, aut deiectio: ideo vomit⁹ initio accessionis, & sudor in fine, aut eradicāt, aut alleuiat apud Auic. cap. de quartana.

Quartum: accessio non excedit horas. 12. Auic. quandoq; ait à tribus ad .12. quandoq; à quatuor ad

*ca. quare quotidiana si
ferui causosam*

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

14. quia in medicina nulli termini omnino certi sūt lib. de fracturis sect. 1. 42. intelligendū est autem signum, ceu coniecturale: quoniā videntur accessiones longiores in tertiana quæ cito soluitur: nō nunquam breues in diu durante: quia vnū signum solū in morbis nō gignit scientiā lib. de plenitudine vlt. Obijciunt contra: bilis exquisita potest esse tāta intra vasa, vt non possit extra pelli ā natura: potest esse tam pauca, vt pulsa intra .12. horas absorbeat: ergo dabitur in ea copia quæ pulsa duret vltra .12. horas. Dic: non procedit argumentū: si creditur iuxta infra tradenda accessiōnem non esse expulsione ā vasis extrorsum, sed aggressum naturæ ad humorē iam expulsū: sed etiā si illud detur, constat experimēto fere nunquam pelli eam copiam humoris quæ extra vasa duret vsque ad sequentem accessiōnem: sed in melancholia intra .24. horas cessat, pituita intra .18. bilis intra .12. si autem humor amplior est, ita opprimit naturam, vt constituat cōtinuam: quia extra vasa pelli non potuit.

Quintum signum: naturalia omnia bilem acervantia. tempus anni, locus, ætas victus, consuetudo: nam illa quinque subire idem iudicium, ita vt vno explicato reliqua sub audiantur ostensum est.

Trallianus autem lib. 12. cap. de tertiana reprobat sententiam Galeni hic, & 2. Crisium. 3. eo quod asserit senem nonnunquam experimēto, & in hieme, corripitur exquisita tertiana. sed idem Galenus ad dita ratione scripsit. 3. Aphorismorum. 19. morbos omnes fieri in omnibus, & naturis, & æstati- bus. Tantum ergo hic docet: si illa quinque concurrunt certissimum signum esse exquisitæ tertianæ: non docet accidere non posse exquisitam, aliquo ex his signis deficiente: multa enim Galeni, nisi amice definiatur damnabimus talia. nam. 2. Cris. 3. ait exquisitâ tertianâ requirere cōsensum illorū, sed ad sensum dictū interpretāda sunt illius verba.

Sextū sumitur ex pulsu. ex quo colligitur quod etiā in intermittēte humor intra vasa iuxta vulgare sententiā incipit putrere: si quidē solis. 12. horis post finitâ accessione in exquisita tertiana latet putredinis in pulsu inditiū: in alijs aut accessionibus adhuc diutius durat putredinis inditiū. Colligitur secundo: cur in quibusdam intermittētibz febris anticipet rigore: Indicatur enim debilitas inati caloris, non poteris impedire manifestâ putredinē ante expulsiōnē à vasis. Quod si creditur accessione esse solū aggressū narē ad humorē foci, magis quadrat: quā

Febrium
anticipā
tium ri-
gorē na-
tura.

cómo-

^{quia gales una & aliam pulsatione multu}
^{unusquisque conuenit}
 vtraq; quam tertiana. In raritate vero quartana ex-
 cedit omnes. Videtur causa: quia primo ad Glauco-
 nem citate proprium est quartanae habere pulsum in
 interuallo tardiorē & rariore sano: cū ergo per acces-
 sionē assumat differentias caloris, vt satisfaciat præ-
 senti vsui, primū assumit magnitudinē maiorē quā
 quotidiana: quia virtus nō est ita debilis: deinde ve-
 locitatē æqualem quotidianæ: raritatem autem nō
 valde mutat: quia vsui aucto satisfecit per magnitu-
 dinem, & velocitatem, cum exigua frequentia.

Addenda sunt autem signa septem ex .2. Crisi.
 3. Primum: pulsus initio accessionis minus cuncta-
 tur, quam in reliquis. Secundum: pulsus post acces-
 sionem manet citra omnē omnino inæqualitatē,
 hic. Verum. 1. ad Glauc. 2. & 5. præter diariā in om-
 ni febre manet inæqualitas febrilis, & .2. Crisium
 citato. Quidam respondent imperceptibilem in-
 æqualitatem vocari à Galeno, hic male perceptibi-
 lem, sicut ingustabile & insonabile .2. de anima. 10.
 quod exiguum habet vel saporem vel sonū: sed ver-
 bum omnino iunctum, non videtur admittere eā
 excusationem. Dic ergo: quod in his quæ sensu per-
 cipuntur parue controuersie tolerantur. 5. simpli-
 cium. 8. Vel quod in interuallo non reddit pulsus

Q ad

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

ad æqualitatem sanorum. s. in toto tempore interualli: bene tamen in sola exquisita tertiana in pr̄is horis duodecim post accessionem. Tertium: calor primo tactu acris paulo post mitescit, cū multo vapore: quod in causo non apparet. Quartum: augmentum velox cito accedens ad statum: propter facilitatem inflammandæ bilis. Quintum: calor & sudor æqualiter expanduntur per corpus ob defectum obstructionum. Sextum: vagantur eo tempore exquisitæ tertianæ. Septimum: vrina cito apparet cocta in colore, substantia, & contento.

SECTIO TERTIA.

(Est autē & alteram.)

¶ Tradit signa quotidianæ.

Capit. 4.

Aduerte primo: Inter signa quotidianæ primū est: extremorū frig^o, etiā positiuū ob insignē pituitæ frigiditatē: In corpore aut magis horror quā rigor: Quod dictum non negat in totum rigore, est enim familiaris pituitę vitreæ, infra sexto.

Secundū: prolixitas augmenti: addit Auic. & inæqualitas: nā propter interueniētes obstructiones per vnā, aut alterā horā stat, post redit ad augmentū.

Tertium: inæqualitas pulsus magna cū paruitate & debilitate, maxime in inuasionē. Cur autē pituita debilitet vires, ita vt lib. de phlebothomia. 6. & 12. Therap. vlt. etiam in magnis inflāmationib⁹

internis presentia crudorū prohibeat phlebotomiā:
& sæpe pituitosa febris euadat sineoposa: causę sunt.

Prima: Quia frigus validū pituitę opponitur vi-
tę. Secūda: Quia augetur in modice intra vasa. Ter

tia: Quia valde obstruit: cum habeat causas omnes
obstruēdi, copiā, crassitię, & sepelentorē: quare nō

Crudus
succ⁹ cur
valde de-
bilitet.

cōcedit spiritui sufficientē ex aere alimoniā, nec re-
frigeriū. Quarta: Quia prohibet copia sua accessū san-
guinis ad mēbra alēda. Quinta: Quia cū receptacu-
lū eius sitos vētriculi, propter vicinitatē afficit cor.

Quartum signū: Auic. dixit esse maxime propiū
quotidianę, in primis accessionib⁹ non sudare: Nā
sicut in bile ob summā facilitatē euacuationis tenue
expurgatur per sudorē, crassum per vomitū: ita in
quartana tenue sudore pellitur, quia caret létore, li-
cet crassū manens cōstituat morbū longū: In pitui-
ta vero neutra pars in initio bñe vacuatur: sed procedē-
te morbo attenuato iā & incisso humore. Addenda
sunt aut signa ex 2. crisi. 3. tumor præcordiorū, faciei
pallor, & in accessiōe pauca bilis: vrina turbida, vbi
excernitur pituita, vel tenuis vbi retinetur. Et acces-
sio ad vesperam diei: Videlicet, quia docēte Aphro-
disco, quarto. problematum. 65. vt luna quatuor
suis quadris refert quatuor anni tempora, ita &

Q ij partes

partes diei apud Hyppoc. 6. epid. 15. quare accessio
quotidiana solet inuadere tribus horis ante nocte:
quia ad noctis initiũ viget pituita similiter hyemi.

SECTIO QVARTA.

Signa tradit quartanæ: addens de rigore sine febre, &
de febre hepyela.

S **A** Duerte primo de signis quartanæ: Quod nil
relinquitur post accessionem quartanæ, habet
dubitatione: quia infra vltimo, ex tenuibus humo-
ribus nil relinquitur: sed ex crassis. Dic: negat hic
relinqui semi vstum, & fumosum quod conseruet
calore vt in quotidiana: cinis vero relinquitur, qui
propter absentiam humiditatis sicut exterior cinis
non conseruat. Obstat secundo: quod supra dictũ
est in solis diarijs redire pulsum ad statũ sanũ. Dic:
intermissione quartanæ appellauit hic plane puram
cõferens ad pituitosam, quæ præcessit. Colligitur autẽ
hinc certo, reliquiã febrile nõ agnosci perpetuo ex
frequẽtia & velocitate pulsus: nã in interuallo quartanæ
adest vestigiũ febrile, & tñ pulsus est rarior, &
tardior naturali. i. ad Glau. 6. sed agnoscitur ex inæ-
qualitate partiũ dilatiõis, & velocitate cõtractiõis,
& acrimonia caloris. Addit Gale. signũ ex rigore:
quod nõ sit similis lassis. Videtur tñ cõtra: quia dolor
quarta-

Inæquali-
tas febrili-
lis.

quartanæ numeratur inter species lassitudinis phlegmonosæ. 2. Crisi 3. & 3. de sanit. 5. Dic: non negamus dolorem quartanarij rigentis esse similem lassitudini phlegmonosæ: solum enim deest calor inflammans. Verum Galenus inquit, rigorem quartanarij nō esse similem rigori lassorum: rigor enim à sola lassitudine vlcerosa accidit, qui cum oriatur à calido pungente dissimilis est rigori quartanæ, quem vocat *οστεινοπον* 1. ossium dolorem. Additur autem. 2. Crisium. 7. signum ex vrinis, & ex periodo quaternario: qui tñ apud Paulū non est perpetuus melancholiæ. Sæpe enim alia periodo redit.

Aduerte secundo: Quod ait, humorem nisi vertatur in alimentum eo magis putrere quo magis moratur in corpore, videtur dubium: quia sequitur humorem in statu morbi perpetuo esse putridiorē, contra superius determinata. Item si natura non potuit ante morbum prohibere putredinem, in humore per partes putrescente, quo modo per morbum iunctum humorem, multo putridiorem poterit concoquere, & ita sanare morbum? Dic: multis experimentis apparet, naturam ante morbū in alendo corpore, & augendo occupari: præsentem autem morbo totam ad humorē morbificū conuerti:

Q iij

quare

quare mirum non est, si tunc plus potest emendare illum, quam in sanitate. Nam per morbū licet resolutio sit multa, non appetit natura: licet alimentem sit leuissimū, non coquit: excrementa etiā tertie coctionis non pellit. Ideo cōmodissimè consulebat Gal. i. epid. penult. initio morbi etiā leuissimi abstinere: qm̄ otiās natura facile superat morbū nō grauē.

6 Aduerte tertio de hepiala febre: apud Actuariū cit. & Paul. lib. 2. 25. significat mitem febrem, quæ à vitrea pituita nascitur per mēbra sparsa: id enim importat nomen *ἡπιον* i. mitis. Et dicitur apud quosdā de sola tali febre in qua perpetuo iungitur rigor & febris: apud alios de febre à vitrea pituita orta, siue iungantur rigor & febris, siue rigor antecedit febrem. Nam cum quibusdam interpretari: ante febrem .i. citra febrē est durissimum. nec ille rigor sine febre diceretur vnquā febris hepiala: sicut nec rectē interpretatur Auic. hepialam, febrem in qua iunguntur simul, intro frigus, calor extra. Et hic quidem huius compositi sensus solam causam agnosceat vitreā pituitam putrētem, quoniam frequens est. Libro autē de inequali intēp. penult. addit aliā, nepe mixtionē bilis. cum pituita, quā hic omittit ppter raritātē, & quia non agit de diuisis inæqualis intēperici.

Aduerte quarto de pituita: Merito Galenus species humorum separat per temperamenta: nam id est essenciale vnicuiq; speciei humoris. alia autem notę ex albedine, & quod non gelatur ad aerem lib. de atra bile. 2. sunt magis accidētaria. De nōe autē flegmatis habes 8. de placitis. 6. quosdā (inter quos est plato libro de natura) opinari de ductū esse nomen a flego φλέγω id est cōburo: quare putabant esse humorem calidissimum, cum magis deducatur a flegmeno φλαγγμένω, id est tumesco propter flatuum copiam. Nam derivatiua nomina multa deducuntur a verbis cum quibus minorem habent similitudinem, licet φλαγγμένω scribatur cum ai, φλεγμα cum e. Vitreum vero humorem hic describit per frigidum lentum. Gliscron γλισχρόν enim legendum est non Hygron υγρόν, quod conuenit cum loco. 4. de sanitate. 4. vbilegitur magna ex parte lētor non inest pituitę: qui si adest, vitreus constituitur succus. Crudus autem succus definitur Galeno lib. de plenitudine. 17. & primo. Crisium. 12. species pituitę crassa & grauis, subsidens in vrinis edacium: Aliquando vero latius pro omni humore infra sanguinem, quarto. de sanitate. 7. Quandoque vniuersalius pro omni humido non eucto

à natura: in qua significatione etiam bilis, & vrina
 dñr cruda. 2. acutorum. 44. Species autem pituitæ
 recenset Galenus tres hic: Dulcè, Acidam, Salsam.
 Sed quo modo òmissit insipidam traditam .i. ali-
 mentorum. i? Respondent hic quidam numerasse
 Galenum solas pituitas innaturales, quæ febrè in-
 ducunt: Insipida autem naturalis est, Sed etiam na-
 turalis pituita putret, & facit febrè. Satius ergo vi-
 detur, reducere insipidum ad dulce: nam & aqua
 sæpe appellatur dulcis, sæpe insipida. De speciebus
 autem pituitæ latius. 3. de locis.

Aduerte quinto: de proportione inter se febrivm
 in accessione, in interuallo, in duratione. Quo ad
 accessionem, biliosa breue habet augmentum pro-
 pter facilitatè inflàmationis: melácholica vero pro-
 lixum propter crassitiem, & pituitosa propter frigidit-
 atè, sæpe etiam propter lentorem prolixum. Ra-
 ssius autem. 18. continentis ait, in pituitosa: augmè-
 tum esse longius quam in quartana: quod conuenit
 cum verbis Galeni supra. Interuallum autè in quar-
 tana longum est & purum: In quotidiana breue &
 impurum: In tertiana breue & purum. De duratio-
 ne autem. Dixit idem Ralsius cit. fere respondere
 tépora vniuersalia particularibus: eo fieri, vt quar-

tana sit diuturnior, quoniam accessio illius prolixior est: deinde quotidiana: breuissima tertiana.

Aduerte sexto: Nū dētur periodi alij febriū præter dictos tres. Hyp. 1. ep. sec. 3. 7. & 9. affirmat quītanā septanā, nonanā, Gal. dubitat cū diocle & priscis, ne forte sint supposititia: tū quia nō viderūt in vita sua eos periodos, tum quia nō referūtur ab Hyp. in aliquo ægro à se curato (quod maxime oportuerat in raris euentis.) Sequentes confirmant experimentis proprijs. Auic. vidit sæpe quintanā & Hercu. Rasi^o. 16. continentis vidit semel in anno inuadētē perpetuo. Gentilis vidit per .15. diē periodicare, & per annum. Ego testor vidisse septanam & nonanam, & sanatos ab illis. Vidi etiā febrem annalem, imo febrē in die naturali ægri perpetuo inuidentē. Vidi assueū, in anno semel febrire per tres dies nō amplius. Vidi qui nono quoq; die patiebatur per triduum accessionē quotidie, in quo circuitu duravit per menses: tamen omnes hi conualuerunt. Quod autem ex his experimentis colligitur, est: causam horum periodorū esse naturæ aggressum per certa intervalla ad humorem aliquem latentem in corpore, quicumque sit: Neque mirum est non semper seruari vnū ex tribus periodis in aggressu humoris, quia

quia doctrinæ ille innatæ, & leges pugnandi hō sunt magis perpetuæ, quā doctrinæ formandi hominis, in qua tamen formatione sæpe natura comittit novitates discedēs à cōi formatione propter debilitatem virtutis, aut propter materiæ ineptitudinem. Sicut etiā in doctrina innata cretica dicitur: nā dies cretica diffinitur, in qua frequēs fit bona crisis. Raro vero etiam accidit in non cretica. Sic dies ad pugnam frequētes periodici observantur à natura illi tres: rari autē sunt multo plures, & experimentū confirmat hanc causam. Testor enim septimarios illos & nonanos intra paucos mēses sanatos, quod nō eveniret si haberēt originem ex humore crassiore, quā is qui quartanam excitat. Maxime quia quidā ex illis nono quoq; die incidebant in accessiones tres quotidianas, in quo circuitur nonano, per non ita multū tempus durātes convaluerunt. Vidi qui per annos. 5. perpetuo febricitavit, neq; macilentum tū neq; in affuetis operib; valde impeditū: Quod em̄ dixit Auer. 7. col. 31. mōstra accidūt in arte medicina nō secus quā in natura, quo autem fiat probabilius causam horū periodorū esse certam invasionē naturæ, reducamus in memoriā quā crebro occurramus agris, qui cum nihil minus, quam pituita laborent,

borent, tñ stata quadã & certissima hora quotidie inuaduntur tussi, tam importuna, vt ne momento quidem desistant à tussiendo ante sanguinẽ missũ: alij cardiaco symptomate in ipso mediæ noctis articulo corripuntur: alij dolore certi membri: aut epileptica accessione: aut vterina. Quæ oia tam cõsentanea sunt huic assertiõni, quam oppugnat gentilis opinionẽ, qđ atrabilis, à proprietate formę suæ per quaternarios spõre sua mouetur, aut Hercul. opinãtis, pprietatẽ illã esse repugnãtiã ad naturã mouetẽ.

SECTIO QVINTA.

(*Putrescente pituita.*)

Tradit de compositione humoralium primum proponens, famosas compositiones, deinde. §. sed quoniam, minus famosas.

ADuerte primo: Per mixtiones febriũ possunt esse multiplices. Quandoq; eĩ miscentur cũ affectu partis: ex quo genere est Thyphodes quãdo iungitur febris herisipelati partis, Quandoq; miscetur febris symptomatis exigentibus curatiõnẽ ad Glauco. §. Quandoq; iunguntur febres duæ per summa genera, vt ethica cum putrida: Quandoq; per infimas species, vt tertiana cũ tertiana. Hic vero solũ agitur de mixtione per species subalternas febriũ, qñ vna species humoralis miscetur alteri.

Aduer-

Aduerte secundo: de agnitione compositarum: Putat Galenus difficillimam esse cognitione, quando altera componentiu esse continua, licet enim difficilium agnoscantur duae continuae, quoniam nunquam interponitur sensibilis rigor: est tamen valde rara compositio duarum continuarum, ita vt intra vasa duo humores varij separati putrescant: ideo proponit exemplum frequentius, Auic. igitur. i. quarti. tract. 4. 16. asserenti esse turpe medico, si non agnoscit compositam febre in primo die, aut secundo, videtur in modice confidere de medico. Nam nec Galenus ipse ausus est agnoscere, nisi post dies multos compositiones plurimas, quales sunt humorales, aut humoralis cum ethica. Sed transcribit verba Gal. de simplicibus febribus: Signa tamen affert utilia agnoscendae compositioni humoralis continue cum intermittente, Primum: Si in continua febre apparet momentaneus rigor, aut extremorum frigus. Ambo enim haec remissa propter obtusum sensum vasorum appareret nonnunquam incipiente accessione continue, valida vero non accidunt, nisi iungatur alia intermittens. Alterum: si declinante accessione continue inuadit horror, etiam si non sit nimis, indicat compositionem: quia declinante accessione continue,

non

non potest succedere horror ab alia inuasione continuæ: superest vt debeat iudicari compositio.

Aduerte tertio, de prenotione horæ inuasionis futuræ: Galenus non audet definire ante secundam accessionem; qua præsentē iuxta proportionē duarum primarum præfagit horam inuasionis in futuris accessionibus. Clarum est enim seruandam esse in illis eandem proportionem quæ in primis. Sed cur aliquæ accessiones sua natura anticipant, aliæ post ponunt, quadam eandem horam seruant? item cur proportio inuasionis primarum accessionum, quandoque non seruetur in sequētibus? Dic ad primum: vulgo asseritur causa quod si materia omnis accessionis est vniformis temperamento, & modo substatiæ, seruetur eadem hora: si vero difformis, & incipit mādari humor á parte tenuiore, aut calidiori, accessiones post ponunt: sicut si á crassiore anticipant. Sed difficile est asserre causam ordinis seruati in humore extéso per vasa simul cū massa sanguinis. Potest asserri causa alia, quod cum ratio periodi in singulis humoribus non sit momentanea, sed habeat latitudinem, pro varietate latitudinis, sequitur varietas in hora inuasionis. Nam (quod infra ostēdetur) hora typi, est hora qua natura aggreditur

Anticipa
lium fe-
briū cau-
sæ.

ditur humorem coquendū: humor autem modo
 velocius, modo tardius irritat naturam ad pugná:
 quod infra ostendetur. Ad secundum vero: Respō-
 dent aliquando non seruari in sequentibus accessio-
 nibus proportionem primarum, eo quod materia
 añs non est vniformiter difformis, sed aliqua parte
 crassior, sequēte tenuior, & rursus crassior. Potest
 certius referri causa ad varietatem humoris irritá-
 tis naturá. Tertia causa anticipationis, error ægri,
 sicut retardatiōis, auxiliū medicum. Quarta accel-
 lerationis, Festinatio naturæ ad crism: sicut retar-
 dationis quies illius peracta pugna. Ex quibus colli-
 gitur primo: quod observatio horæ inuasionis sem-
 per est praua. 4. Apho. 30. quia significatur fixio cau-
 sæ morbificæ: sicut trocleæ puerorum quandiu mo-
 ventur circa idem punctum, diu sunt duraturæ: cō-
 tra variatio inuasionis bona est, siue accessiones sint
 seruantes eadem horam ex natura sua, siue antici-
 pantes, siue postponentes: Nempe in seruantibus
 eandem horam anticipatio indicans augmentum
 adesse, & transactum esse principium, intelligitur
 simplex: in anticipantibus autem ex natura sua, idē
 intelligitur ex anticipatione anticipante: vt si an-
 ticipabat horas duas, modo anticipet quatuor.

Observa-
 tio horæ
 inuasio-
 nis, mala.

Colli-

Colligitur secundo: quod licet duplatio accessio-
 ne sepe sit mala significans augmentum causæ morbi-
 ficæ, quandoque tamen est bonum signum, quia si-
 gnificat naturam aggredi humorem: & bona cau-
 sa, quia parititur humor facilius superatur.

Aduerte quarto, de præfagatione Crisis in com-
 plicatis febribus: Repetit Galen. breuiter tradita. 1.
 Crisium. 3. Nempe quod de vnaquaque cõponen-
 te expectanda est Crisis per signa apparentia in die
 suo. Sepe enim vna ex cõponentibus soluitur alia
 adhuc augescens, & fere prius soluitur que cali-
 dior est, ait Auicenna. citato. Cognoscitur autem instare
 solutionem ex quatuor. Primo ex specie morbi, si
 biliosus est. Secundo ex accessione: si anticipat, si est
 vehementior, si symptomata praua habet, si celeri-
 ter transit particularia tempora. Tertio ex interual-
 lo: si non est purum & omnino mundum. Postremo:
 si apparet coctio manifesta.

Aduerte quinto: Cur in exemplo à Gal. proposi-
 to, cum inuaderet accessio quotidianæ cõtinuæ incli-
 nante iam. & sudante ægro ex accessione tertianæ
 intermittentis, refertur inuasisse accessio-
 nem quotidianæ cõtinuæ cum horrore: cum sit proprium
 cõtinuarum non horrere. Dic: Gal. habet densatã
 fuisse

Signum crisis aduentus
hij

fuisse auté, & in horruisse, repressumq; fuisse sudorem: Nam licet in inuasione accessionis quotidiana continuæ simplicis, horror non sentiatur: verum si occupat corpus febricitans adhuc ex precedente tertiana, & sudans (quæ duo poros cutis plurimum aperiant) leuissima annotatio inuadentis quotidianæ sufficit reprimere sudorem, cutis vero densitatem & horrorem incutere. Nam in tali occasione etiam continens leuissimè frigidum facit inhorrescere: & retentio acris fuliginis, quæ sudore exernebatur.

Aduerte sexto: numerat famosæ cõpositæ quæ vocant hemithriteû differentias octo. Prima: quotidiana continuæ cum tertiana. Secunda: quotidiana continuæ cum tertiana continua. Tertia: quotidiana intermittentis cum tertiana. Quarta: quotidiana intermittentis cû tertiana continua. Cum autem quæuis ex his quatuor compositionibus possit esse mixta vel confusa, si simul inuadunt ambo humores: vel complicata si varijs horis inuadunt: euadunt species hemithritei numero octo: & quia quæuis ex illis patitur trimembrem diuisionem: (vel enim æquantur in compositione duo humores, vel superat bilis, vel pituita) euadunt differentiæ omnes. 24. Ex

quibus

qui bus apud multos nulla dicebatur semitertiana, nisi accessiones essent confusæ, & vterque humor par, Galenus has de nomine difficultates rejicit. Quoniã vero aduersatur Hypocrati vocare semitertianam febrem qua non est continua, tam. 1. epi. 23. (febres horrificæ omnino non intermittentes, modus erat semitertianus) quam. 4. Aphor. 43. & sequeretur in præfagio, & curatione error, non admittit vocari semitertianam, compositionē duarū intermittentium, nec duarum cōtinuarum: quoniam in primo genere deest continuitas, in altero, horror.

Aduerte septimo: In ægro hic relato præfagit Gal. solutionem tertianæ manente quotidiana ex signis. 4. Primum: accessio tertianæ tardabat. Secundum: bilis excernebatur vomitu & deiectione, sudore autem non multo ob permixtam quotidianã quæ cutem refrigerabat. Tertium: declinatio erat facillima fere ad integritatem desinens. Quartum: coctio vrinæ in die sequenti accessionem tertianæ optima erat.

(.s. Sed quoniam.)

Prosequitur reliquas compositiones febrium etiam minus celebres authoribus.

R Aduer-

Cap. 8.

Meliorū
cum lati-
tudine ra-
tio,

Aduerte primo: Solet Gal. condēnare antiquos quoniam in sectione latitudinū solas numerabant extremas species, ōmisso medio, tam in temperamentis lib. 1. de temp. quā in dispositione media neutra. i. artis parux, quam in tēporibus morbi lib. de generalibus morbi temporibus, & in aetatibus, & in compositione febrium hic. Per mediū autem quod addit, non intelligit indiuisibile medium: id enim non cōsiderat medicus, artis par. 7. sed indiuisibile illud cum aliqua vtrinq; latitudine: medium autem illud indiuisibile considerat nō quatenus insensibile, sed quatenus pars latitudinis sensibilis. Referebant enim semitertianæ duas tantum species: vnam excedente bile, alteram pituita: Et poterat condonari archygeni sua in hac parte veritas: quoniam nihil lædit medicum in opere, facere bimembrem diuisionem. Cur igitur contra rei veritatem Galen. adijcit medium in casibus dictis cū latitudine? Dic: extrema agnosci non possunt: nisi comprehendatur medium, tanquam regula policleti, saltē īmaginatione: Cum ergo possint dari figura sensilia illius mediij cum aliqua latitudine, præstat ita diuidere. Maxime, quia quomembra sunt plura in quauis latitudine, eo cog-

nitio

nitio est præstantior: sicut in gradibus qualitatum.

Aduerte secundo: Cur in compositione affectuū prima dies affert semitertianā, secūda solam quotidianā. Dic: Natura est frequentium morborum, vt quando corpus valet non incipiat ægrotare, nisi a valida causa: contra quam, sunt quidā prauī morbi qui per pares exacerbantur, tertio. de Creticis. 8. & 4. Aphorismorū. 61. Quorum causam Galen. citato refert explicasse se lib. de Crisib. quod tamen non legimus. Videtur causa: quia indicatur ex prauitate secundi diei materia in corpore deleteria: quæ quiescens non lædebat, facta autē commotione eius propter motum morbificæ causæ in prima die, inuadit hominē in secunda: tales autem materiae solent esse perniciosæ. Item in ratione signi: quia causa quæ deiecit hominem sanum magna erat in prima die, cui sanitas repugnare non potuit: quāto periculosior erit, si altera iam ægotantem in secunda die opprimit.

Aduerte tertio: quo modo distant semitertiana: tertiana notha, quotidiana notha. Dic: hemitrite distat ab illis, quia in eo sunt duo foci, & duo motus. Quo modo ergo lib. de temporibus morborū. 9. & apud Auicennā de febribus cōpositis cōponitur quāq;

R ij hemi-

hemitriteus cum tertiana? Dic: duæ tertianæ cum quotidiana continua faciunt eam compositionem hemitritei. Tertiana auté notha, & quotidiana notha vno motu, & vno foco contentæ sunt. Distant

Periodi
cum se -
quâte spe
cies hu -
morum.

autem inuicem: quoniam in tertiana vincit bilis, in quotidiana pituita. Num possit contra accidere, vt in tertiana notha vincat pituita? Dic: concessit Gentil. in ext. auagante: & videtur fauere experimentum monstrans in progressu tertianæ nothæ cõuenire falsa, & acria, iuxta tral. & Aui. Sed videretur satius asserere, periodum sequi humorem superantem: verum tractu temporis humores mutant temperamenta, antequam migrent in alias species. Nam frenitis abit in letargum resoluta parte ignea: & ex herysipelate manet durities, & in tertiana notha redditur humor frigidus crassus. Videtur enim iuxta Galen. 9. simpliciu. i. bilem per adustionem mitescere in calore propter igneæ partis resolutionem: Pituitam autem & melancholiã reddi acria.

Aduerte quarto de compositione febrium: Gal. hic per tralênã agit plurima remittens ad librũ de Typis. Docent auté authores maxime Arabes species cõpositionũ esse innumeras: omnis em̃ species

cum

cū quavis alia cōponi potest: & in genere supremo, & subalterno, & in specialissimo: excipiant solam ethicam, quæ cum alia ethica componi non potest ita vt maneat duæ: quoniam cum calores non distent specie, & sint in vno subiecto duo calefacta, faciunt vnum. Reliquæ febres non faciūt vnum, quia sunt in varijs subiectis calefacta: si vna est diaria, alia putrida, alia ethica: vel in vno subiecto nempe mēbris, pendent tamen à varijs materiebus, & seruant varios periodos, vt tertiana cum quartana: Vel materiae sunt in varijs locis vt quando vna continua, alia intermittēs. Secundo aduertunt: diariam sæpe iungi putridæ vel ethicæ: ita quod apud quosdam semper iungitur: quia si pauca fuligo ex bubone accedens ad cor imprimat diariam spiritui, quo modo multæ fuligines ab humore intra vasa putrēte non inducent diariā? In ethica vero adhuc magis: quia cor calefactū imprimat suū calorē spiritui: sed tamen non apparent (inquiunt) signa diariæ propter mansuetudinē caloris illius, superatam ab acrimonia aliarum: Calor vero qui sæpe manet post periodum forte (inquiunt) est diariæ solius. Sed signa putredinis semper manēt in pulsu: & potest afferri ratio cur rarissimè complicetur diaria, nempe pauca

mora agentis & velox resolutio spirituum: ob quam non durat febris spirituum ultra diem. Et forte ideo non ponitur in calefacto licet adsit occasio, quia omnis actio requirit moram agentis, & identitatem passivi: quæ dantur in membro, & in parte humoris putrentis, quæ non vertitur in alimoniam corporis, & fuit sententia Isacii afferentis diariam gignere reliquas duas: non gigni autem ab illis. Aduertunt tertio, synochum fere non componi: quia cum occupet omnia vasa non videtur bene separabilis alius humor a massa sanguinis peccantis, intra vasa: sed quod faciat vnam cum synocho, nisi forte iungatur intermittens, quæ extra vasa putreat. Quarto: idem Isacius ait: non coire experimento eiusdem speciei specialissimæ plures tribus compositiones: Vg. tres tertianas, aut quartanas: varij vero generis possunt esse plures. Aduertit quinto Rhasius: quod licet omnia genera de facto componantur: verum frequentissima compositio est, ex bile cum pituita: & ideo obtinuit nomen hæc sola compositio, semitertiana. Galen. autem hic eam solam memorat: reliquarum nec numerum referens, nec signa: quod tamen in simplicibus fecit.

Aduerte quinto, de significato semitertianæ:

Colligit Gal. ex sententijs Hippocratis significare febrem compositam ex tertiana, & quotidiana continua confusis. Contra quam collectionem est primo: quod ipse et Paulo post cōcedit appellari etiā semitertianam quotidianam intermittentem confusam cum tertiana continua. Obstat secūdo: quod ipse lib. de Typis. 4. quasdam semitertianas inquit esse intermittentes, alias continuas. Et .i. epid. sect. 3. cōmento. 2. Obstat tertio: quod .i. epidim. sect. 3. quinto, inquit: semitertianam solere cōmitari proximam mortem tabē, & alios morbos diuturnos, in quibus tamen non apparent horridicæ illæ repetitiones. Dic ad primum: quotidiana intermittens est valde rara: rarior ergo erit, confusa cū tertiana continua: ideo Gal. proposuit exemplū frequēs de confusione tertianæ intermittētis cū quotidiana continua: & tamen illam ubi acciderit non negat vocari semitertianam: imo statim vocat. Ad secundū liber de Typis magis videtur Agathini. Locus autem .i. epid. corruptus est, legēdū est enim (ex hemitriteis, quidam eos agunt vtraq; via) id est putant partim esse cōtinuas partim intermittētes: alij tantū inter cōtinuas numerant febres. Ad tertium: etiam Gal. in cōmento dubitat ne forte apud Hippocratem

*co. fusa no. carbo
9. fct. in. n. d. n. t.*

*Semiter-
tiana Hy-
pocri-
poc. quid*

semitemiana significet febrem omnem cōtinuam quæ tertio quoq; die ex acerbatur cum aliquo horrore. Licet aut Gal. plane non decernat, interest decernere, ad agnoscendas sententias Hypocratis de semitemiana. i. epidimiæ citato. nempe quod est febrū læthalissima: & quod cōmittatur prope mortem tabidos, & quosuis longo morbo detentos: Cū autem experientia testetur, tales diu egrotantes perire antecedente per menses aliquot febre continua tertio die ex acerbate, quam fere antecedit horror: & mōstret item plurimos perire citra morbos longos ex tertiana continua afferente horrorem, etiam manifestum tertio quoq; die, non præcedente alio morbo, quos vulgus medicorum iudicat perire ex tertiana notha subintrante: videtur asserendū vtralq; tales & esse, & vocari Hypocrati semitemianas: quæ ideo hāc appellationem habent, quia vnum signū habent tertianæ, videlicet ex acerbari tertio quoq; die, altero distituuntur. s. cessare ad in febritationem: & tales vocatas esse horrificas primo epidimiæ, eo quod non sunt febres compositæ sicut ille de quibus Gal. hic agit cum horrificis repetitionibus: sed sunt tertianæ continuæ simplices & excitiales: sicut febres pūctulares, & in quibus sudor exiguus

Semiter-
tiana Hy-
poc. quid

guus apparet, vel stilla sanguis à naribus: quoniam sunt decretoria non decernentia. Conatur enim natura ob sensatam bilis malitiam intra vasa, se exonerare, & extra vasa mittere per horrores initio singularum accessionum: non posse autem ostendit continuitas febris, sicut vniuersaliter. 4. Aphorif. 46. rigor in febre non intermittente incidens febre non deficiente datur. Nam cū in solis duobus locis explicet Hypocrates quid per hemitriteū intelligat: in altero aperte significat non esse illam compositā cum repetitionib⁹ horrificis, quia illa est rarissima, neq; comitatur vnquam tabidos, nec alios diuturnos morbos, nec vagatur populariter cum exiguis tumoribus, vel maculis cutis: quæ omnia Hypocr. citato memorat: In altero autem solum doceat eas esse febres acutas continuas horrificas: Ex neutro potest colligi compositio febrium dicta à Galeno. Nam verbum (horrificę) solum indicat exiguam cutis asperitatem, & contractionē in initio cuiusuis accessionis, non rigorem cum repetitionibus: Notat autem Hypocrates merito id signum ceu rarū incontinuis: proprium est enim continuarum non rigere, sicut non frigere manifeste: dicente Auic. i. quarti: Sicū cōtinuitate febris adest rigor vel frig⁹,
febris

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

febris est composita: pars verò de vtraq; forte adest in cōtinua: quod apparet in semitertiana Hypocratis. Neq; Galeni ratio colligit oppositum: Sinō intelligeret Hypocrates (inquit) per horrificas, crebras repetitiones: non oportuerat addere (horrificas) quia incipere cum horrore etiam multis alijs inest febribus. Non colligit (inquam) quia in continuis rarissimus est horror: imo ex natura accessiōis nūquam inest continuis, sed solum ex conante natura & non potente, & ideo reprobata. Dicente Auicē. i. quarti tract. 2. primo: Febris cōtinuæ accessio non incipit cum frigore, nisi propter debilitatē virtutis aut profundationem calidi innati, & est signū malum. Sicut accidit in cauo potēte natura euacuare, & ideo salubri: Et in febribus continuis vniuersaliter, tentare vacationē neq; perficere pessimū est. Vnde ad significandā huius biliosæ febris malignitatem, videtur priscis obtinuisse peculiare nomen. Demum sententia hæc experimentis testatissima, si non est mens Hypocratis, certe est in opere utilissima. Reliqua quæ & Græci medici, & Arabes & Latini addiderunt de significatis hemitritei, tanquam inutilia, & de solo nomine agentia, rejicerentur. Multi omnem compositam humora-

lem

lem ex quibusuis duobus humoribus vocant semitertianam. Galen. non admittit ita vocari compositionem duarum continuarum, quia non est horrida: nec duarum intermittentium, quia non est continua: inquit enim febrem cui conueniat descriptio Hypocratis (horrida ad integritatem non desines) item ab ea appellatione excludit mixtionem omnem sine bile, quia nomen tertianæ non conuenit, nisi bilioso humori: Post diuiserunt in maiorem, minorem, & medium: in verum, & non verum: in exquisitum, & nothum: frustra tamen omnia & sine vsu. Est enim Hypocrati semitertiana in qua locum habent scripta ab illo præfagia, & doctissima, & verissima, dicta simplex tertiana continua: Compositæ autem febres ad libitum possunt appellari semitertianæ. Quod vero attinet ad vtilem doctrinam de omni compositione, supra explicatum est.

Aduerte sexto: num febris composita sit deterior, & prolixior componentibus. Dic: super ventus vnus contrarij alteri præcedenti, siue sint affectus morboſi, siue intemperamenta aeris, siue ciborum, siue membrorum in corpore, si conferatur ad simplicem tantum intemperaturam, ex parte præfertur:

Compositio-
tionum de-
terior sim-
plicitarum

semitertiana
e tertiana conti-

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

fertur: quatenus sequens emendat priorem intem-
 periem: Ex parte vituperatur. Primo: quia difficile
 est naturæ superare duo contraria. Secūdo: quia ar-
 ti multo difficilius, nā natura moderato calore pug-
 nat cum duobus contrarijs: ars vero non potest de-
 bellare duo contraria, nisi cum duobus æquatis con-
 trarijs. Tertio: quia duo affectus morboſi fere pen-
 dent a maiori copia humoris. Ob causam autē prio-
 rem laudatur febris post ebrietatem, post conuulsio-
 nem, post epylepsiā. 5. Aphor. 70. & 6. Aphorif. 40.
 Laudatur in cibo, vt si vnum eduliū excedit in vno
 intemperamento, iungatur illi oppositū, vel in eadē
 mensa, vel in sequenti. 3. primi doctrina 2. cap. 7. &
 pluuie in autuno laudantur 3. primi de regimine
 temporum. Et in melancholico laudatur pueritia,
 in sanguineo senectus. 6. de sanitate. 2. Et 2. artis cō-
 mendatur, vt epar repugnet suo intemperamento
 cordi. Propter rationes autem oppositas sum mope-
 re reprobantur febres compositæ: maxime ex acu-
 ta, & cronica vt febris cōtinua cum quartana: quo-
 niam febris acuta non potest diu durare: cronica nō
 potest cito sanari. Sic hydrops cū febre. 2. presag. 1.
 & 23. Deiectio, & vomitus versicolores. 2. presag.
 40. Ex ijsdem causis vituperatur maxime mixtio

con-

contrariorum alimentorū. 1. acutorum. 18. & mutationes temporum in paruo interuallo. 3. Aphor. 1. Ideo autūnus exitialis est. Ideo intemperamenta contraria membrorum reddunt corpus maxime infalubre. 6. de sanitate. 14. Oportet ergo vt successus contrarij intemperamētī laudetur, quod non permaneant duo contraria intemperamenta, sed sequens temperet pristinum. Præterea: actio contrariorum in vnum tertium potest esse utilis, vt cerebri & cordis in corpus: in se vero contraria manentia difficilia sunt.

Aduerte septimo: Typus ex lib. de Typ. 2. est ordo qui seruatur in repetitione accessionum, periodus autem, vel circuitus tempus mediū inter vnā, & aliam inuasionem: Accessio in intermittentibus est tempus febris terminatum ad infebricitationē: in continuis autem coincidit cum periodo.

Aduerte postremo: sententiam Gal. de tradenda doctrina in particularibus rerum differentijs. Quoniam enim res ad scholas afferi non possunt 3. præfag. puls. in init. vult nos contentos esse nominibus generum & specierum: particularibus autē differentijs explicandis satis esse verborum circūloquia, licet proprijs careāt nominibus. Alter modus

dus imponere illis nomina propria & indubitata
 citra controuersiam, tertium vero modum omni-
 no reprobatur: ubi authores singulas differentias pro-
 prijs nominibus insigniunt, sed controuersis: de
 quibus frustra altercatur: In quo videtur illi Arist.
 nimius. Nā Arist. indagat naturā rerū quatenus si-
 gnificantur per noīa certa: indagat autē ex prædica-
 tis quæ vulgus enunciat de tali nomine. Vg. in ve-
 nando naturā sapientiæ primo metaph. & coctio-
 nis. 4. Meth. & est via sapientum, qui de rebus per
 nomina scientiam tradunt. Gal. vero merito aspi-
 rās ad finem artis, & temporī parcēs concedit cuiq;
 pro libito vti nominibus: rerū ipsarū numerū, & es-
 sentiam per quæuis verborū circūloquia inquirēs.

SECTIO SEXTA.

(.s. *In his autem.*)

Disputat de febre sanguinis.

Cap. 9. **A**Duerte primo: de febre sanguinis non putren-
 tis: Putat Gal. hic, & 9. Therap. 1. ebullientem
 illum adhuc constituere formam quandam febris
 mediam inter diariā & putridā: cōnumerandam tñ
 diarijs non putridis: Quia si recte diuisa est supra fe-
 bris oīs in diariam, putridam, & ethicā: hæc autem

non

nō est ethica, nec putrida: superest, vt annumeretur diarijs. Nec obstat nomen diariæ, quia illud imposi-
tū est à frequēti termino, non à perpetuo. Durat ve-
ro diutius reliquis, quia tardius dissipatur. calefactū
sanguinis in toto quā spiritus.

Aduerte secundo de periodo sanguinis putrētis:
Ostēsum est eum nullo periodo putrere intra vasa,
& quā ob causam: Tempore vero assumere circuitū
tertianarium. An vero Gal. intellexerit eum perio-
dum esse propriū sanguini, an mutuetur eum à bile
quæ iam aliqua adest, cum primū putret sanguis cō-
trouertūt. Et licet plures Galenici sequātur priorem
sententiā, posterior certior est. Primo: Quia perio-
di tertianæ insunt bili ex Gal. propter quantitatē &
qualitatē bilis: hęc ambo sunt in sanguine diuersif-
sima à bile: ergo nō cōueniet vtriq; humori idē pe-
riodus. Secūdo: Quia. 2. Crisi. 11. sanguis cū ceperit
putrere iam est biliosus: & hic dixit pleureticos ex
puētes rubrū pati circuitos tertianarios: addēs quod
in superassato sanguine pingue fit bilis, crassū melā-
cholia, sed multo tardi⁹ melācholia, bilis aut cōfesti:
Propterea primū meminit de sola bile ex pīguedi-
ne orta: post subdit: si vero sup asseretur. etc. Tertio:
quia periodi non tā sequūtur formas humorū, quā
certam.

Sanguis:
an perio-
dum ha-
beat.

certam quantitatem, & qualitatem humoris: cum ergo sanguis incipiens putrere licet adhuc habeat formam sanguinis, quãtitate tamen, & qualitate representet bilem, nimirum si assumit circuitũ tertianariũ. Quarto: Quia sanguis tenuissimus manens sanguis facit exactum herisipelas .2. ad Glauc. 1. quia qualitatibus suis biliosus est: ergo eadem de causa seruabit periodũ tertianarium. Nam & supra ostensum est sanguinẽ tenuissimum causum gignere. Quinto: Si sanguis intra vasa manens facit febrem biliosam quando putret, in tactu & pulsu, supra cap. 2. putrens intra vasa representabit biliosam etiam in periodo. Cur autem sanguis putrescẽs cito mutetur in extrema, causa est: quia est medium parum distans ab extremis: & quia calida humida facile corrũpuntur in loco calido humido: & quia est pingue ebulliens.

Aduerte tertio: Potissimum separat Gal. species febrium humoralium ex qualitate tacti caloris. Febris enim sanguinea mitiorem calorem representat, licet cum plurimo vapore: nam & morbi ex sanguine benigniores sunt reliquis. 2. præfagio. 46. ex vtraque bile calor est mordax: celerius & magis in flaua, tardius & minus in atra: in pituitosa autem
senti-

sentitur lenitas, sed per quædam interualla perci- Cap. io.
 pitur morsus flatus acris rumpētis bullam. Mirum
 est autem quosdam contra experimentū & apertū
 locum hic, & 3. caus. sympt. 2. asseuerare synochū
 esse acutiorem, & minus salubrē causo: sunt enim
 morbi ex sanguine omnium humoralium mitissi-
 mi. 2. prælag. 46. nō raro tamen perimit synochus
 propter locum amplum, internum, communem,
 & propter putridi humoris copiam summam.

SECTIO SEPTIMA.

Rimatur causas periodorū in febribus: ac primum causas cur
 aggregatur copiosus humor in vna parte. Secundo: § (Nam vt
 omnia.) Proponit exēplum propositæ doctrinæ in lippitudine.
 Tertio: in §. (Quod si aliquando) redit ad complendas causas
 periodorum in febribus. Quarto: in §. (Igitur necesse est) tra-
 dit causas temporum in accessione febrili. Quinto: §. (Febrū
 igitur) tradit causas erraticarum, & synochorum.

(.§. Sed quoniam.)

ADuerte primo: Quod hic ait synochū quan- Cap. ii.
 doq; vna accessione durare dies quatuor, quā-
 doq; septem, multi interpretantur, de non putrēte.
 Sed Galenus respondet de vtroque: de vtroque
 enim præcessit sermo. Nam synochus non putrēs

S 9. Therap.

9. Therap. 4. non excedit quartum diem, quin trā-
 sent in putridum; putrens item fere in quarto ter-
 minatur. 3. Crisium, 4. sed quandoque accedit ad
 septimum manēs adhuc synochus; post septimum
 autem vere biliosa est: ideo azar. eum Arabibus in
 synochis post septimum timent phlebotomiam:
 quia iam laborat cacochimia non synocho. Quod
 si Galen. 9. Therapeut. 3. etiam post septimum vi-
 ribus constantibus phlebotomat, nec Arabes ne-
 gant: tantum dicunt minus iam conuenire: quia
 bona pars sanguinis abiit in bilem. Quod autem
 hic nō meminerit sexti, causa non est, quia sextus
 non sit decretorius (nam in synochis decretorius
 est) sed explicat postremum terminum duratio-
 nis illorum.

Aduerte secundo: Quod ait Gal. si partes cor-
 poris fuerint æque potentes, durant omnes sanæ:
 intelligendū est, de æqualitate ad iustitiam. Proui-
 de enim ea inæqualitas naturalis membrorū ten-
 dit in conseruationem principalium: vt habeant
 quo se exonerent. Patet enim membranabilia ha-
 bere facultates robustiores & ignobiliores: & interiora
 & exterioribus. Licet enim interiora non sint ada-
 mantina, sed iidem affectibus obnoxia quibus ex-
 terna

Varium
 robur par-
 tiū utile.

Cas. II.

2. Therap.

2

terna

terna de attrabili quinto: multo turrarius laborant.
 Aduerte tertio: De obiecto expultrici hic ait
 esse alienum duplex vna in quantitate, altera qua-
 litate: paulo post videtur constituenetria, copiam,
 acrimonia, & calorem aut frigus: tertio autem de
 causis symptomatum. 2. agnoscit pro obiectis co-
 piam, qualitatem, & rem a toto genere præter natu-
 ram: Cum tamen 3. naturalium. 12. agnoscat mole,
 pondus, qualitatem mordentem. Dic: obiectum expul-
 tricis est offendens: & quia offensio in varijs membris a
 varijs causis prodit, varia affert de varijs. Nam de
 vtero tertio naturalium numerantur moles, pondus,
 & acrimonia 3. autem de causis symptomatum in
 ventriculo vitium qualitate offendens, vel copia,
 vel toto genere præter naturam, ita vt alere nequeat.
 Hic numerat solam qualitatem & quantitatem:
 quoniam sumit nomen qualis latius, vt compre-
 hendat etiam ea quæ a toto genere sunt præter na-
 turam: quomodo artis. 93. inquit vitium humo-
 ris esse, vel in quantitate, vel a genere præter natu-
 ram idest in qualitate. Quod aut hic separat mor-
 dens a calido, non separat qualitate, sed effectum
 mouente expultricem: Alius enim effectus est
 mordentis alius calefacientis membrum.

Clister
 num ante
 phlegmo-
 miam.

Aduerte quarto: Num robur membri possit esse causa morbi quod Gal. hic asserit. Videtur enim ad robur sequi vehementiã operis, in qua sanitas consistit. Dic: si sanitas vna tantũ operatione vnus membri constaret, quo operatio esset vehemẽtior, sanitas esset perfectior: Sed quia sanitas requirit varias operationes non solum in varijs membris, sed etiã in vno: eo fit, vt sanitas requirat proportionẽ in vehemẽtia operationũ. Nam si tractrix ventriculi sit multo vehemẽtior quam coctrix, non bene cõficiuntur alimenta in ventriculo: & sequetur eorum corruptio. Sic si visio oculi discernit tenues vapores oculi, impedit accõmodam visionẽ exteriorum: & sequentur visa similia suffusis: Quare .i. de causis symp. 7. asseritur vna species læsæ actionis, immoderantia proprij operis. Nec obstat: quod definitur optima visio, quæ minima & à lóge discernit: quia perfectio cuiusvis operis dicit intensiõem, vel vehementiam eius non simpliciter, sed vsque ad terminum conuenientem speciei operis.

(.s. Nam vt omnia.)

Proponit exemplum doctrinæ propositæ in lippitudine.

Aduer-

Aduerte primo: Refert Gale. quandoq; curaf-
 se se dolores oculorum cum phlebotomia sine
 clisteri: vsus tamen vulgaris non est contēnendus.
 Nam 9. Therap. 5. præcipit in synocho, vt si præces-
 sit cruditas cessetur a phlebotomia, vsq; quo coqua-
 tur alimentum & descendat. Et cap. 4. ob eandem
 causam distulit phlebotomiam per dies duos. Et 8.
 Therap. 5. in corruptione alimenti non cōcedit cli-
 sterem, nisi post quā cib⁹ sentitur in intestinis cras-
 sis: Expectat enim per moram emendationē, neq;
 tunc in clisteri addit sal, ne acceleret exitum. Vnde
 videtur rarissime posse concedi clisterem nisi ho-
 mini ieiuno, nec phlebotomiā, nisi peracta coctio-
 ne ventriculi & excrementis expulsis: Quod ma-
 xime cōmendauit Zoat, lib. 1. tract. 8. cap. 18. testifi-
 cās dāna maxima expectāda perpetuo ex misso san-
 guine antequā vēter cū vasis primis emolliatur. Et
 hyp. 1. acut. 45. ne rapiātur cruda ex primis vasis ad
 corpus, sūme etiā cōmendāte Auer. 7. col. 1. Acti⁹
 vero addit lib. 12. cap. 23. si cib⁹ in vētriculo cōtine-
 tur, in necessitate phlebotomiæ vomat, & secetur
 vena. Quod vero scribitur prima quarti, cum phle-
 botomaueris non indige bis clisteri, intelligēdum
 est de acribus: ne iungātur duæ euacuationes in die

Clister
 num ante
 phleboto-
 miam.

vna contra præceptū quarta primi. Num autē ini-
 tio morborum, & ante syrupos apperientes conue-
 niāt lenientia per os sumpta, determinatū est in dif-
 ficultate de tempore purgandi in febribus. Num
 etiam post phlebotomiam cōferat clyster: Auicenna
 præcipit cap. de pleuritide, & de curatione febrium
 in vniuersali, quia phlebotomia siccāt aluum. Sed
 Galen. non recipit, sed expectandum esse ait, num
 alius sponte deiciat. *79. q. 11. morbi*
 : *pp* Aduerte secundo: Curationem dolentium oculo-
 rum variam tradit Hippocrates: videlicet conies-
 tante Gale memoria gratiā vt postea discutetur.
 Doctrina enim concūctās variā genera remediorū
 in vno morbo, inutilis est: nisi explicentur concur-
 sus symptomatum ad quod vis remediū iuxta em-
 pyricos, vel indicationes à dispositione variā affectū
 iuxta rationales. Gal. ergo quinque dispositiōes par-
 ticularēs numerat in oculo dolēte. Prima: ex influ-
 xu acris humoris, quod agnoscitur per acrem do-
 lorem, & lachrymas per quædam interualla infe-
 stantia, & paulo post remittentia: In qua commo-
 distime adhibetur balmum, si modo nec in corpo-
 re, nec in capite adest plenitudo: saltem non adest
 in corpore. Secunda dispositio: Vbi dolor est diu-
 turnus,

tutius, & oculi tument oratio sanguine, fluxio aut
 & plenitudo in totū cessarūt; Quo tēpore curat vi-
 no inero potest subsequēti sōno. Actius aut lib 7o d
 cap 7o eligit vitūm in astringēs, manus quā solebat
 dilutū cum calida, videlicet post exigū obsonium
 dormituro. Tertia dispositio: Vbi dubitatur de ple-
 nitudine, competit fomentū ex balnea adhibita per
 spongia, vel bombacē, vel duplatos linteos, aut fac-
 culus ex camomilla & feno græco, & altea, additis
 si tinetur fluxio rosis. Talia em̄ de causa dolorifica
 in solo oculo contingunt, suffibunt ad sanationē
 si vero aliunde fluit, utilia sunt, quia statim alle-
 uiant, & quia faciunt nos certos de plenitudine &
 necessitate euacuationis. De vsu aut fomentorū ad
 indagandā plenitudinem corporis, Galeu & magis
 tralib 2. acuto 2. condēnant eos qui temere vacuāt,
 ante tēta fomenta. Cōtra Alexādrinus 16. epi. sect
 7. quarto, vocat cōsuetudinē Hippo. incipere a lo-
 calib⁹ ppter timorē suo tēpore ad magna remedia:
 Nostro tēpore si per alia possum⁹ cōiectare statū cor-
 poris, nō raro sunt periculosa fomenta. Maximē du-
 ratia. Nam dolētibus oculis. 4. local. 2. si dolor me-
 dioctis est, nō cōcedit imponi, nisi semel aut bis in
 die, videlicet vsq; quo fomentū tepescat, nō reiterari.

bono)

S iij

Quar-

Quarta dispositio: Vbi fomentum indicat plenitudinem omnium humorum, vel solius sanguinis, phlebotomia. Quinta: Vbi per fomentum agnoscitur cacochimia, purgatio. Septimo aut Aph. 47. docetur post merum & balneum phlebotomia: Que sententia ceu spuria merito refellitur a Galeno ibidem, recepta superiore tradita. 6. Aphor. 31.

Aduerte quarto: Quod Galenus refert causam continuitatis febris ad prolixitatem accessionum, non videtur convenire cum causa tradita supra cap. 1. ubi refert causam ad vasa exigua ad que mandatur humor in continuis, cum in intermittente mandatur ad carnes. Dicunt quidam hic putant tradi a Galeno causam non continuarum, sed intermittentiu non desinentium ad integritatem: Verum cum supra cap. 1. definerit continuas, quod non redeunt ad integritatem: satius est opinari, non committi tam brevi æquivocationem: maxime quia nullam aliam causam refert Galenus earum, que veræ continuæ sunt. Dic ergo: supra definitas esse continuas per causam frequentem: hic vero per evidens signum non intermittendi, fere autem in idem recidunt nam quando natura mandat extra vasa, rarum est quod intermittat febris.

(Quod si aliquando.)

Reddit ad complendas causas periodorum in febribus.

ADuerte primo: Causæ rigoris & periodorum in febribus; licet plerisque omnibus receptissimæ, habent tamen validissimas cõtra se rationes, quarum plurimæ referentur. Quod enim colligit seruari proportionem in circuitu accessionum, eod quod par excrementum irritans expultricem aceruat in pari tempore manente alimento pari, habet primam cõtradictionem: Quod accessio tertianæ sæpius conseruat eandem moram accessiõis siue æger alatur carnib⁹, siue ptisana: siue purgetur, siue non purgetur. Secũda dubitatio: Quia in exemplo Galeni, nec in deiectione, nec in vrina, apparet illa perpetuitas obseruatæ horæ. Tertia: Oporteret declinante tertiana accessiones inuadere per quartum aut quintum: quoniam copia bilis pristina requirit tunc longius tempus ad aceruationẽ. Quarta: Humor qui expellitur in febribus proportionalibus post primam inuasionem nõ gignitur in tempore interualli, sed in tempore antecedente morbũ præerat inuasis. Quinta: Procedente tertiana facultas in mandante imbecillior est: alimentũ exhibitũ

Contra
causas pe-
riodorũ
vulgares.

copio-

copiosius, & tamen periodi tertianæ non mutantur.
 Sexta: Siue mandetur materia accessionis, manda-
 tur omne noxiū irritans: siue trahatur ad focū, tra-
 hitur quod tenuius est & mobilius: ergo non debet
 semper seruari idem typus: cum humor aceruatus
 sit vari⁹: nec est verosimile, bilē tractā a foco pituitæ
 subito verti in pituitā a mēbro recipiēte. Septima:
 Tam membrum mandans quam suscipiens potest
 esse magnum aut paruum: & in membro magno
 multa copia pituitæ seruatur citra putredinem, nō
 in paruo: ergo biliosa febris non semper procedit
 tertiano typo. Octaua: Repetitio plurimarum affe-
 ctionum intermittentiū pendet ex sola agitatio-
 ne humoris vbiunque retineatur: agitato enim
 humore, licet non expulso, nec resoluta propter
 cōmunicatum præuū vaporem membris, sequū-
 tur symptomata præfocationis, diliqui, cōuulsio-
 nis, rigoris, manēte semper humore in foco, per in-
 terualla agitato. Apparet in inflammationibus om-
 nibus internis & externis: quia etiā in declinatio-
 ne quando iam cessauit in totū fluxus, certo typo
 exacerbantur. Apparet in epylepticis, qui quādoq;
 hētēs in die infestantur accessionibus, in quibus dif-
 fectis apparet intra caluariā extra vasa, paucissima

velaqua, vel humor perniciosus, per intervalla agi-
 tatus. In prefocatis similiter copia seminis, vel me-
 sum corruptorum in vasis seminalibus. non fluit
 a toto in quavis accessione, cum quandoque creber-
 rime repetat in die, quandoque interpollet annis.
 Nona: Materia intermittentium quod non fluat a
 vasis in quavis accessione argumento est: quod vri-
 na in talibus est bona: & quartana continua est rarif-
 sima, intermittens autem frequens: Quod videtur
 accidere, quia propter malitiam atrabilis extra vasa
 acervatur non intra. Decima: In tertiana non læ-
 thali sæpe prauissima bilis excernitur quæ a vasis
 nõ nisi læthaliter mandatur. XI: Bili tractu acces-
 sionũ redditur multo crassior & frigidior: non ergo
 accedit nouabilis, sed præ existens multis feruoribus
 absumpta parte calidiore, & tenuiore frigoscit, &
 crassescit. XII: Diuturnæ accessiones continent
 vacationes oēs vasorũ, & probam & malã victus
 rationẽ: non cõtinetur ergo antecedens illarũ mate-
 ria in vasis. In initio autẽ illarũ quando humor nu-
 per expulsus est non dũ imbibitus in foco, sæpe sanat
 vacuatio: quia recurrit humor ad vasa, sicut ex par-
 te inflãmata. XIII: Male videtur supponere mãda-
 ri in rigore a vasis ad musculos humorẽ mordentẽ:

cum.

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM

cum experimenta monstrét quod mandatur magis é contrario humor, vel vapor ad viscera: nam exteriora frigent, vrinæ albet, mandata ad viscera: difficultas respirationis, & sitis vrgent: vomitus & deiectio biliosa sunt. Maxime cum ea secretio mixtorū in vasis sit difficillima, & quæ tam breui fieri nequeat. XIII: Si causa expulsionis á vasis est copia irritans, nulla tertiana duplex erit, quæ non sit multo deterior simplici: & omnis simplex á multo humore pendens fiet dupla: cõtra experientiam. XV: Si motus humor supra membra sententia rigore efficit, siue calidus, siue frigidus, sicut externus calor & frigus, cur á pituita non sit rigor notabilis? si á frigore continentis nudo homine maximº est. XVI: Si causa rigoris esset effusio bilis extra vasa, maxime funditur in sudore cretico, vomitu, fluxu, ictericia: in quibus, vel nunquá vel rarissimè accidit rigor, sed semper initio accessionum. Maxime, quia bilis crassitie sua nõ ita penetrat membra, sed vapor eius motus ab innato calore. XVII: Si flueret in quavis accessione ad partem inflammata, cum inflammatio sit extra vasa, oporteret vt rigerent in quouis periodo ophthalmiæ, & pleuritidis. XVIII: Apparet esse ex fugabilis

bilis introrsum rigorem illum: quia alius illis soluitur sicut & timentibus. XIX: Ad quamcunque partem fluit humor symptomata adsunt manifesta recipientis membri: calor, & tumor, & dolor: quæ nõ apparét. in periodicis febribus. XX: Quod natura in magno interuallo mēsiũ separet, & expellat a vasis bilem noxiam vel sincerã vel superflua, probabile est: Quod vero quouis biduo separetur, et excernatur a commixtis humoribus tribus, valde improbable. XXI: Quo modo est verosimile in toto anno nulla obseruata victus ratione tantã solũ gigni bilis copiam quantam in biduo iam tertianario obseruantis victus rationem valde tenuem & bili oppositum. XXII: Sæpe quartana fit tertiana, & sanatur: sæpe etiam periodi mutantur in febribus non facta mutatione in humore: quia non est verosimile melancholiam quartanæ verti in bilem: sæpe etiam manente periodo mutatur natura morbi, & curatio: vt in tertiana requirete calida, & in quartana requirete frigida: igitur periodi non tantũ pendent a varia natura humoris morbifici, sed a natura tarde vel velociter aggrediente humorem morbi. Nec oppositum ostendunt rationes Galeni. Prima: Inflammationes externæ hora perio-

periodi habent vasa tumidiora, & partem ipsam calidiorē. Dic: ex ebullitione aggredientis naturæ: nam multo maiora apparēt illa duo in statu quādo suppuratur, & tñ tūc nil de nouo fluit. Ad secundā: Rigor monstrat defluxū bilis extrosū. Dic: Imo fugam introsū ad viscera, quod monstratum est: Ideo rigent externa destituta calore. Plane ergo rejicienda est causa Galeni: Pendet em̄ ex eo deceptio: quod non separat inter repetitionē morbi verbi gratia podagræ, aut tertianæ inuadentis semel in anno, & periodos seruatos à natura in iam præsentē podagra vel tertiana. Causa enim Galeni exaceruato humore in mandante, vel recipiente, ostēdunt causam repetitionis morbi: Verum præsentē iam podagra vel tertiana, iuxta varietatem naturæ humoris morbifici sunt periodi quotidiani, tertiani, vel quartani, pendentes ex varia natura humoris: vel ex innata doctrina facultatū, quod ostendetur: non ex mandata vel recepta noua materia. Tradenda est ergo aliter causa circuituum, & rigoris per propositiones quinque.

Propositio prima: Aceruatio prima humoris in vna parte, siue in febre, siue extra febrē, habet vnā ex causis duab⁹ traditis à Gal. videlicet paulatinam

conge-

cōgestiōne in foco, vel in mēbro mandate ad focū.
Paulatina aut cōgestio ex vna triū causarū ab eo tra-
ditarū nascitur: videlicet à debilitate coctricis, ob-
structione, malitia alimēti, in foco vel in mandante.

Propositio secunda: Multiplicatio accessionum
nec in febribus, nec extra febres pendet à multipli-
cata ea cōgestione in quavis accessione: sed ab ope-
re naturæ aggredientis per certa interualla humo-
rem iam cōtentum in foco, ad coctiōne semimali,
& expulsionem integre mali. Nam illa duo mot-
uum inducunt etiam citra augmentum, aut defe-
ctum materiæ: transpositio humoris .8. de plac. 2.
& agitatio eius. 3. de locis. 7. Quare accessio habet
eandem causam, nempe agitationem humoris ab
aggrediēte natura. Expulsio aut humoris est actio
aliquando sequens aggressum. Etsi in humore agi-
tato est initiū putredinis, sequitur rigor, & febris,
vel febris cū annotatione: sicut in generatione pu-
ris. 2. Aphor. 47. & in statu febrium. 1. Crisium. 18.
Si vero non est putredo in humore momentanea,
nec inflammatio, ad eam agitationem sequitur
exhalatio maligni vaporis: ad quam varia sequū-
tur symptomata pro varietate vaporis cōmunica-
ti, & loci cui communicatur. Tunc autem agitur

Causa re-
petitionis
morbo-
rum.

eum

eum irritatur natura, & excitatur à vitio humoris contenti in foco.

Propositio tertia: Causa repetitionis in periodicis morbis est conatus expultricis, quo materia agitur, & effumat: Quàdoq; aut eo conatu pellitur & cessat in posterum, sæpius expelli non potest, sed restat ad plurimas accessiones: Expultrix aut conatur cum irritatur à malitia vel copia contenti. Cur in febribus magis quam in alijs morbis periodicis seruaturs certa repetitio & breuior? Dic: Sæpe in morbis non febrilibus seruaturs certissimus typus repetēdi: nēpe, in cardiaca, in melācholia, in tussi, in dolore cuiusuis vis mēbri, & multis alijs: in febribus frequentius. Causa est: quia nō quæuis malitia humoris facit periodos febriles: sed apta putre re secundum partem. Aptitudo autē ebullitionis in toto seruaturs humore vsq; quo absumatur, vel coctione vincatur. Breuis est repititio: quia ebullitio vt pote caloris actio breuī perficitur: Quia sicut prima conceptio putredinis in parte humoris sufficit irritare naturam coquentem: ita similis putredo in residuo coget ad secundam accessionem. Quo fit: vt quanto humor contētus in foco etiam in morbo non febrili sit amplior, vel deterior, vel
 accedit

accedit vapor prauus ad membrũ magis sentiens, sequantur frequentiores accessiones: ideo ex vapore pessimo accedente ad membranam cerebri, vel ad vterum, vel ad os ventriculi, crebriores exacerbationes fiunt.

Propositio quarta: Rigoris causa est vapor exhalas ab humore, qui agitated ad motũ, vel ad coctionem ab expultrice vi naturæ offendit membra ad quæ accedit. Nam sicut semen agitatũ vapore suo inducit mutitatẽ, apneam, & corporis inmobilitatẽ, ita in febribus exurgẽs vapor ab humore crudo primũ cor refrigerat & cerebrũ: vnde sequitur in accessionum principijs sopor, & pulsuũ paruitas: si autẽ mordet, præ calore humoris vnde efferatur: iungitur rigor percussis membranis, & partibus sentientibus. Quod autem leuis morsus partis inducat toti rigorem, monstrat rigor sequẽs frigidæ potum, vel immisionem manus in frigidã, vel solam cogitationẽ effudentis, vel effusionem puris ad quãuis cavitatem exrupta inflammatione? Aliquis vero rigor, vt qui fit in causo sequitur de mandationem non folius vaporis, sed bilis ipsius à vasis extra vasa: sicut initiũ rigoris videtur pendere à sola impotẽtia sustinendi mēbra voluntarie mota

Rigoris
causa.

T prop-

propter repocationem calidi innati ad cor pugnatur
 uniuersim contra humorem morbificum. Ideo initio
 accessionis rigor exiguus est: accedente autem noua
 causa mordentis vaporis repente in grauescit.

Propositio quinta: In febribus focus contentae
 materiae uidetur fere circa praecordia. Primo: Quia
 ibi sentitur laesio, & vomitus, & deiectio. Secundo:
 Quia eo veluti ad sentinam corporis uerosimile est
 humorum malitiam mandari: & fere sequitur in
 diuturnis febribus dolor, aut colicus, aut artritici-
 tus, si uentia febre, mandato humore deorsum
 a superante natura. Tertio: Quia in dissectionibus
 talium apparent. Petitur etiam foci agnitio, ex sym-
 ptomate partis: Nam alij quaeruntur de capite,
 alij de dorso, alij de ventre: sicut in partibus inflam-
 matis colligitur ex immoderantia partis: nam ubi
 calor, aut frigus ibi morbus. 4. Aphorif. 39. & ubi
 sudor, ibi morbus Aphorif. 38.

Propositio sexta: In febribus ipsis, ideo pituita
 fere habet crebriores repetitiones, melancholia rarif-
 simas, bilis medias: quia natura docta sicut nouit in
 varijs morbis eligere dies ad pugnam quos uocant
 breuicos: ita iuxta uariam necessitatem in varijs

humoribus breui, aut diuinius quiescit ante secundam Periodo-
rū in hu-
moribus
causa.
pugnans: In pituita quidem propter lenitatem sym-
ptomatum, & febris quotidie conflagrans: In inter-
tiana propter magnitudinem rigoris & febris citra
durationem biduo quoque pugnat: In melancholia
propter vehementiam cum longitudine rigoris &
febris tertio quoque die. Licet autem hæc causa ex parte
naturæ sufficiat, forte etiam concubrit alia ex parte
humoris. Ideo enim pituita inducit crebras acces-
siones, quia oportuit in corpore post sanguinem pi-
tuitam magis abundare: cum peccet magis defectu
quam malitia: deinde bilem: parcissima autem esse
melancholiam: Ut quæ utraq; qualitate oppugnet
vitam. Cum ergo in foco citius colligatur ex accedente
alimento copia pituitæ sufficiens ad putrescendum,
quæ putredo irritat naturam ad accessionem: tardis-
sime autem accretur melancholia: colligitur altera
causa horum periodorum. Tertia: Quia pituita propter
humiditatem manens in foco citius concipit putre-
dinem irritat naturam ad accessionem: secundo loco bi-
lis, propter calorem sine humiditate: tardissime con-
cipit putredinem melancholia, propter siccitatem cum
frigiditate. Esse continuam febrem accidit propter copiam
vel malitiam humoris, quæ in accessione non ex toto

à vasis extrusa extra vasa est. Durat breui ex bile quia obtinuitatem cito desipatur: in pituita ob lētorem tardius: magis in melancholia ob crassitiē. Cura autem aliquando duplentur accessiones, causa est varietas focorum. Diuiditur autem humor in plures focos sæpe ob copiam illius: non raro etiam causa est diuidēs natura, vt facilius coquat. In quibus completa videtur inuentio causarum de periodis morborum, & varietate accessionum in eis.

(*Igitur necesse est.*)

Traddit causas temporum in accessione febrili.

ADuerte primo: Sententiam Galeni de tēporibus morbi cōprehensam propositionib⁹ quinque. Prima: Tempora considerantur in morbo, nonnunquam iuxta aeris varietatē, quo modo diuidūtur in æstiuos, & hyemales: nonnūquam iuxta vicissitudines pugnantis naturæ vel quiescentis, à pugna, quomodo diuiduntur per dies creticos & non creticos: Postremo iuxta mutationem quam sua sponte subeunt morbi, non aliter quā vniuersa animalia per ætates: & hoc modo cōsiderātur hic. Secūda: In oībus saluādis, sunt tēpora quatuor lib.

dixit, in pluribus morbis, vel propter eos qui pereunt
 vel propter quosdam salubres in quibus aliqua tē-
 pora, sunt in sensilia: Nam de talibus Galenus ad li-
 bitum affirmat modo quatuor tempora, modo tā-
 tum duo. Ratio Galeni: omnis mutatio in vita in-
 cipiens, & rediens ad pristinum statum habet qua-
 tuor illas mutationes: igitur & morbus saluus: Pe-
 rimens vero habet vnum tempus, vel duo, vel ad-
 summum tria. Obijcit Galenus contra principiū:
 inter temperatum, & intemperatum nil intercedit:
 ergo principium non habet latitudinem. Itē mor-
 bus est res similis: talis autem quando fit est: ergo
 generatio morbi non durabit. Dic: consideramus
 medici tempora omnia cum latitudine: sic enim
 faciunt ad victum instituendum. 1. Aphor. 5. & ad
 medicamenta. 2. Aphor. 29. Ad cōfirmationē dic:
 Morbus pro materiali id est pro calore, vel solutiōe
 res est similis: pro formali autem vt est dispositio
 lædens sensibiler functiones, dissimilares res est.
 Contra augmētum obijciunt, de homoteno, epy-
 lepsia, apoplexia, quę videtur carere priō & augmē-
 to: Respōdet: status semper est sensibilis propter vehe-
 mentiam symptomatum, declinatio manifestior
 per diminutionem eorum: principium autem &

Causa tē-
 porum
 morbi.

T iij augmen-

augmentū quandoq; delitefcūt propter exiguitatē in quibus non apparent quatuor tempora: fed aliquñ duo tantū, cum sint ſemper quatuor. Propoſitio ſecūda: In ſaluādis varie diſtinguit tēpora: In tumoribus eīm priūm vocat quādiū pars repletur humore, ſtatū quando ſuppuratur: vel reſoluitur: declinationē quādo diminuitur. Febres inflāmatōnū coincidūt cū temporibus inflāmatōnū, cum ſint accīa ipſarū. In febribus aut ſimplicib⁹ diſtinguit tēpora ex cruditate, coctiōe manifeſta, & plena. In vlcereb⁹ extenuiliquore, craſſo, pure. Scilicet quia iuxta eas varietates in ſingulis ſpeciebus morborū ſeparātur curautia auxilia. Quarta propoſitio: In perituris deſinitur augmentū, vel ſignis cruditatis manētib⁹ poſt morbi generationē, vel ſignis auctę putredinis quę ſunt læthalia: ſtatus vero importat magnitudinē debitā morbo ſimpliciter, non collatiōe ad ægri vires: nam ita oīs moriens periret in ſtatu, cū plurimi pereant in augmento morbi. Quinta: Sæpe iunguntur multi morbi, & perit æger, vel in ſtatu, vel augmento vnius, altero declinante.

Aduerte ſecundo: Solutiōes obiectorū cōtra dicta Galeni, maxime argēterij lib. de morborū tēporū.

Primum: Non videntur pendere tēpora morbi ex cruditate & coctiōe: ſiquidē a victu & medicamē-

tis mutantur. Dic: etiam mutant illa duo morbi à salubritate ad in salubritatem, & e conuerso: & tñ morbo à natura sua inest salubritas, vel insalubritas, & tēporum mutatio, non inuariabilis tamen.

Secundum: In soluta continuitate, & morbis cōpositionis ex simplici magne morbi, colligit tēpora: cur ergo non similiter in reliquis morbis? Dic: remedia & victus mutatur in varijs generibus morborū per diuersas varietates: & ideo iuxta varia discriminatur tempora in vno genere morbi, ab alio.

○ Tertium: In epylepsia ait Galenus: principium & augmētū posse intelligi tēpus multo ante accessionem: & potest etiā intelligi per principiū epylepsie vertigio accidens initio accessionis, & per augmētū ob tenebratio: sed illa equiuocatio inducit preplexitatē in opere. Dic: cū illa duo tēpora in epylepsia sint in sensilia nō sunt de cōsideratiōe medici: ideo sine errore operis cōcedit Gal. illā æquiuocationē.

Quartū: Quo modo in accessiōe augmēti erit declinatio part̄is accessiōis cū pugnet ratio declinationis cū augmēto. Dic: in tota accessiōe simul seruetur ratio augmēti, ideo tota dicitur augmentū: sicut homo tēperatus, licet quibusdā partib⁹ frigeat, alijs caleat: & ver licet nox frigeat, & meriedes

DE DIFFERENTIIS FEBRIUM

caleat: sunt enim temperata per coalternationem. Item declinat pugna illius accessionis: sed integra pugna cū humore morbifico in augmento est.

Quintum: Morbus à generatiōe non habet quatuor tempora. Dic: principium fuit in femine.

Sextum: Valida purgatio confestim sanat incipiētem optalmiam. 13. Therap. 11. & copiosa phlebotomia synochum. Vgo dicit: tales morbi transeūt quatuor tempora penes symptomata, licet nō penes coctionē. Nicolus dicit: arte fieri posse vt morbus non transeat quatuor tempora: ex natura vero non posse. Sed videtur, quod etiam sponte sua aliquando morbus in augmento sanetur vacuatione completa, licet rarissime. 3. Crisi. 9. & .1. epi. sect. 2. 84. & secūda, quarti. 80. In quib² casib² licet nobis dicere, statū fuisse tempore euacuationis: Quia cū tales morbi sint medij salubrium, & in salubrium, status in illis determinabitur non plena coctione, sed aliquanta sufficiente ad integrā vacuationem. Vel dic: (quod Galenus ceu medicus recte ait) in sensilia tempora sine errore, & affirmari & negari. Vacuatiōes ergo augmēti fere nō sunt itegre, & ita non oportet dari ibi quatuor tēpora, cum vacuatio acciderit in augmento: Si vero (quod raro accidit)

Morbus
ōnis num
transeat
quatuor
tempora.

sanat,

sanat, status & declinatio fuerūt in sensilia. Quare sine errore medico, & concedūtur & negantur.

Septimum: Morbus incipiens a materia cocta vt suppuratio, & synochus nō videtur habere principiu. Dic: cum initio morbi materia obruat naturā, relinquitur a regimine eius: quare fit noua cruditas & requiritur noua coctio, per aggressū naturæ ad obruentem materiam.

Octauum: Lib. de opt. secta ad Thra. negat. 4. tēpora in omni morbo. Dic: possunt negari duo priora, quando sunt in sensilia.

Nonum: Morbus cessans per coctionem citra vacationem non habet declinationē. Dic: sicut paulatim minuitur materia transiens in membrū, ita apparet declinatio.

Decimum: 1. Aphor. 12. determinat principium pleuritidis per nihil spuerē, augmentum per spuitionem modice tenuis: hic vero principium inflammationum agnoscit per fluxum, augmentum per tumorem. Item alibi in augmento inflammationum miscet repellentia resoluētibus, ita vt vincant repellentia: hic autem in augmento ait cessasse fluxum. Dic: in idem recidunt ambæ notæ: nam in pleuritide cū incipit humor a calore agitari, sicut

in alijs inflamationib⁹ sequitur tumor, ita hic expul-
 tio. Ad confirmationem non negat hic fluxum in aug-
 mento inflamationum, cum etiam in declinatio-
 ne aliquid fluat lib. de compo. g^{ra}li cap. de diapheni-
 co: sed ait etiam si nihil flueret in augmento, pars in-
 flammata propter coctionem caloris tumeret.

XI: Cum 3. Crisium. 9. concedat mortem in pri-
 cipio, quo modo hic ait, signa lethalia apparere in
 augmento, non in principio? Dic: potest ante pug-
 nam aeger perire, ob summam morbi malitiam: quo tempore
 non apparebunt signa lethalia ad sensum Gal. hic, id-
 est signa auctae putredinis: apparebunt tamen signa lethalia
 id est succubentis naturae, Et si in tes. 1. de cre. ult.
 apparent signa lethalia quandoque in primo die. Dic:
 prima dies quandoque includit augmentum & statum.

XII: Hic agnoscit vigorem morbi ex summa
 coctione: verum 3. acutorum ultimo in pleuritide
 & morbis habentibus effluxum ait vigorem mor-
 bi antecedere summam coctionem. Dic: ostensum
 est supra fere coire summum symptomatum cum
 summa coctione: ideo Gal. ex ambobus colligit sta-
 tum morbi, Particularius autem 3. acut. explicat
 morbos in quibus illa duo separantur.

XIII: Obiectio. 1. epid. sect. 3. 10. in omni morbo
 imo

imo etiam in symptomate ait esse .3. modos in-
cremēti: Quidā incipiūt acutissimi, vt dolor, post
paulatim cessāt: secūdi incipiūt mitissimi post pau-
latim accedūt ad sūmū, confestim cessātes, cōtrarij
priorib⁹: tertij cōpositi à leui initio paulatim accedūt
ad statū, à quo paulatim remittūtur. Dic: nō negat
ibi quatuor tēpora, sed ostendit quædā esse breuissi-
ma, & non feriri, alia proluxa: itaq; in primo gene-
re latēt principium cū augmento. In secūdo decli-
natio. Intertio oīa tempora manifesta sunt.

Aduerte tertio: Contra sententiam Gal. de eue-
tu morbi, nempe quod in declinatione non cōtin-
gat mori: & quod quādo superantur vires à morbo
non cōtingat viuere, plurima obijci possunt. Cōtra
primā sententiā multipliciter instant: Præstata autē
ad faciliore solutionē explicare exactiuis Gal. sentē-
tiam. Declinatio morbi materialis definitur lib. de
gralib⁹ morbi tēporibus: qñ iam plena coctio adest,
& humor morbific⁹ bona ex parte expulsus est, ita
vt iā minore quātitate vacuetur: Quo significato
certo cōmunicatur non posse ex morbo ita victo,
mortē accidere: Nā ex ense, vel morbo nouo, vel
aere pestilēte, vel errore vict⁹ ex quib⁹ pereunt etia
fani, cur nō peribūt declinātes à morbo? Ostēditur

In vera de-
clinatio-
ne nemo
mortuus
est.

illa.

illa sententia. Nam si materiã illam maiorẽ grauatã natura à copia ita superauit, vt magnã illi^o partem expulerit: modo leuata onere, ideo fortior, deficiente imbecillitate per aggrauationem, minorem copiam quo modo non pellet?

Prima obiectio: Decrepitus in declinatione morbi potest mori accedente (si ita forstulerit) hora naturalis mortis: Dic: perit ex ætate, non ex morbo.

Secunda: In declinatione maneat virtus tota superior morbo, ita vt deficiente quauis portione eius nõ fit iam superior: vel ergo nõ cibatur, & perit ex inedia, vel cibatur & propter distractionem à materia morbi erit inferior materia: quia suppositũ est totã virtutem esse superiorẽ morbo non partitam. Dic: ille cibatus perit errore cibi immodici: In quo fere peccatur à medicis, deterrente tamen nos Hippocrate, & pronuntiante: cũ morbus in statu est vtendum esse victu tenuissimo: tales autem sunt in statu, & si in stes: Potest esse virtus tam debilis post statum, vt nec exiguum cibum conficiat, nisi propter distractionem succumbens morbo. Dic: non potest si adsit medicus non errans: nam subueniet odore, vel exiguo potu, quæ non diuertunt naturã à cõsuetu: A quouis autẽ horum aucta vis quæ iam ante
 supera-

si in stes
 - ois in il
 ois in il
 ois in il
 ois in il

superabat, modo magis superabit. Quare cauend⁹ est frequentissimus error cibandi in statu, & initio inclinationis: nisi caute & tenuissime paulatim augendo vim. Nec secus motus quiuis in eo articulo periculosissimus est: cum quidam eo tempore excernendi gratia corpore leuati, ve etiam solo capite repente animam exalarint.

Tertia: Sæpe post signa etiam duratia morbi vnicentis surgens natura superat morbum: ergo etiam econuerso accidet, post signa vnicentis naturæ humorem exurgentem superare. Dic: Illæ vicissitudines ambæ crebro accidunt, sed in statu: In declinatione autem victa ex toto materia non potest obtinere supra naturam iam vincentem.

Quarta: Plene cocta pleuritide successit mors. 3. prælag. 60. plena coctio indicat statum: ergo post statum mors. Dic: non erat declinatio, quia nõ erat expulsum plurimum materiæ: Et si istes Gal. non expetit illam vacuationem: dicens. 3. Crisiũ. 9. cum millies interesset creticatib⁹, neminem vidi pereuntem, qui creticaret præcedente integra coctione. Dic: Qui creticat post plenam coctionem iam vacuat: pleureticus autem ille senex cum nihil vacauerit non dũ erat in morbi declinatiõe: oportet enim

enim transisse totū statum, & ita expulsionem magnam, vt afferatur morbi declinatio.

Quinta: secūda quarti. 98. Declinātib⁹ variolis accidit sæpe mors, propter retrocessū humoris introsum. Dic: docet Auic. frequēs eūcatū ex quo pereūt nonnulli etiam in vera declinatione: quia est nouus morbus ex errore, sicut si sudans quis exponat se frigido aeri. Quod autē quidā colligunt ex Auic. loco citato, sensisse illum etiam in vera declinatioe accidere mortē, etiā non interueniēte errore, quoniam cōcedit in declinatioe mortē sed raro: subdens postea: & plurimum illius est in declinatione particulari, non probat illū recedere a Gal. & ratione relata: Sed vniuersaliter sine distinctione dixit: nonnullos mori declināte ad sensum morbo: quod postea explicat: quod vel illa mors euenit in declinatione vera, sed particularis accessionis: vel quod si euenit in vniuersali declinatione morbi, non fuit vera declinatio: sed alia causa a morbo dedit originem morti: quæ omnia non recedunt a Galeno.

Sexta: Possunt in declinatioe vera inducere mortem, venena in corpore latentia suo motu, & manifesta qualitate inducentia morbum leuem, post vi deleteria repente perimentia. 3. epid. sect. 3. 75.

Dic: sunt rari casus sed memorandi: ne omnino securi præfagiamus in morbis. Nam in casu dicto quidam perierunt ex morbis natura salubribus ut ex tertiana: aut citius quam morbus ostendebat citato. Ex eo tamen non conficitur mori quempiam in vera declinatione: Nam in ægro Galeni symptomata ab initio erant læthalia: quare non nota coctionis, nec declinationis.

Septima: Hermetrates. 3. epid. sectioe prima. 8. postquam à febre fuit liber periit in recidiva: ergo in declinatione præcedentis morbi. Nam morbus non erat alius quam febris: si igitur liber à febre & à morbo. Dic: non valet coctio: quia sæpe liberantur à febre, quia natura non agreditur coctionem: & tamen morbus est deterior quam antea: nõ defauit, nec declinauit: Sicut e conuerso in statu salubri febris est maior, & morbus minor. Quia licet morbus sit febrilis, magis pædet ab statu causæ quàm à simplici febris magnitudine.

Octaua: Potest dari deleterius humor latens, qui nõ mouetur nisi declinate morbo: Apparet, quoniam in pestilente febre urina est bona, & pulsus & æger tedit ad mortem: Quia qualitas illa praua in parte nõ prohibet coctionem in toto. Dic: vulgo conceditur ceu frequens: sed

est rarissimū docente Gale. 3. epid. citato, & .i. epid. sect. 2. 4. Quod apparet coctio in parotide externa cum cruditate vel putredine humoris intra vasa. Nam instante morte etiam vlcera, & tumores externi monstrant exitium, propter consensum partium & cōmeatum materierū: Ideo asserere, quod coctio vrinæ in talib' est ex materia alimenti, quia natura non audet congredi cum prauissima materia: vel quia materia illa eatenus quiescit, non est admittendum nisi rarissime: alias signa coctionis valde infida essent. Accidit autem maxime illa raritas, vbi cōtinetur deleteria qualitas in aliqua parte exigua: Quia talis ob vehementiam agendi saluatur in quātitate paruissima quiescente: ideo accidit in pestilentibus morbis: sicut e conuerso accidit in morituro ex putredine vasorū coctio in parotide externa. .i. epid. citato.

Nona: declinatio inquit Auer. 3. collect. 9. in salubri morbo fit ob victoriā naturæ, in læthali ab imbecillitate virtutis: ergo in læthali est declinatio. Dic: significat declinationem non veram.

Decima: Pleuritis declinans potest migrare in anginam perimentem, & in declinatione morbi pōt succedere apoplexia. Dic: illa sunt noui morbi: &

in vera declinatione rarissime eueniunt, quia sunt motus humoris non eucti a natura.

XI: In augmento & declinatione morbus est par, quia vtrunque equa recedit ab statu: perit æger in augmento: ergo & in declinatione, quia ex parte morbi par est morbus, ex parte virtutis magis debilis in declinatione. Dic: concludit de periculo morbi simpliciter considerati: periculum autē pendet ex collatione morbi ad virtutem: qui in sua causa superatus est in declinatione non in augmento.

XII: Initio declinationis morbus habeat magnitudinem vt vnum, certum est quod in tempore principij cum morbus inceperit a non gradu magnitudinis aliquādo habuit magnitudinem vt vnū, & tunc potuit mori: ergo & nunc. Dic: in tali priō nō potuit mori a præfente morbo: alias periret, cū morb' agat naturaliter secūdū vltimū suæ potētiae.

XIII: Initio declinationis magnitudo febris sola citra interuentum humoris pōt perimere vim debilem, vt pote decrepiti: sed est possibile imo probabile post magnam pugnam status aliquādo vim esse tam debile: ergo peribit. Dic: vis quæ nō perijt ex ea febre cū humore, non peribit ex ea febre sola.

XIIII: Vel requeritur ad securitatē salutis in-

V tegra

regra expulsio humoris, & sic declinatio cōtinetur in statu: quia vsq; ad finem declinatiōis non est facta integra expulsio: vel sufficit aliquanta, & sic in declinatiōe potest mors succedere: quia .3. Crisi. 1. vna crisis species est repentina mutatio ad melius per euacuationē partis, & in reliquo paulatina dissolutio ad mortem. Dic: Requiritur ad securitatē integra coctio cum expulsionē partis: ea coctio non adest in crisi incompleta.

XV: In fine status causa sit melior vt vnum, febris maior vt vnum, ante erant ambo vt duo: ergo modo potest sicut ante mori: cum sint pares morbi. Item vis debilitetur per pugna manens vt duo, quæ ante in statu erat vt tria: morbus ante vt tria modo vt vnum: cum ergo sint pares virtus & morbus, potest modo mori sicut ante. Item: non implicata actione nature morbum minui & sic declinare, & tamen præ labore pugna vires deficere & perire. Dic: accidunt illa non raro, sed nil illorū est declinatio vera: sumitur enim vera declinatio ex collatione morbificæ causæ ad vires.

XVI: Mori & sanari contraria sunt: ergo circa idē fiūt in post præmentis: non fit sanitas nisi in fine declinatione: ergo nec mors. Dic: mors & vita cō-

traria

traria sunt: non sanari. Item fiunt circa idem, sed non eodem tempore.

XVII: Quod mors semper in augmento: Quia in crescit morbus vsque ad mortem: ergo tunc habet maiorem proportionem supra naturam quam antea. Dic: non sumitur augmentum semper ex proportione maiore morbi supra naturam: alias, saluus morbus non habere augmentum: sed sumitur ex augmento symptomatum, ideo plures pereunt in augmento: In statu tñ aliqui: quia licet momentanee nō augeatur morbus p̄ statū, perimit tñ p̄pter durationē

XVIII: Quod superatis viribus a morbo quis possit viuere, ostenditur: Quia saepe post diliquiū viuunt: & tamen illa est summa virium prostratio, quando facultates nullum opus exercere possunt: ergo magis poterit sperari reparatio, vbi debilitas facultatum minor est: quæ scilicet operatur. Dic: ad imaginationem est illa summa prostratio, quæ nascitur ex spirituum resolutione: re vera tamen exigua est: valida vero vbi carnes, & multo magis vbi solida deficiunt. .ii. Therap. .i. & talis debilitas est in perituris, ideo irreparabilis.

Sed quoniam cū magno de decore decipit sepe medicos in morbis falsa declinatio quasi sit vera: operā

Falsæ declinationis differentie.

mā dare memoriæ causas & occasiones eius, ne pro-
peremus ad prædictionem salutis.

Prima: Frequentissima explicatur. i. epid. cit. sicut
enim in inflammatione externa cessatio sine causa
doloris, & caloris non solum non est bonum, sed est
summum malum, indicās calorem innatum pro-
pter exiguitatem suam, & humoris malitiam ab-
sistere a pugna, ita vt incipiat Gangrena & mors
membra: ita in morbis vasorum cessatio febris, &
symptomatum sine causa indicat perire non extra-
neum calorē, sed naturalem. Gentilis vero prima,
quarta, tt. 2.3. addit alias merito recipiendas.

Secūda causa est: Magnus conatus naturæ propter
in gentē necessitatē, sicut lucerna proxima ex tin-
ctiōni propter validum tractum olei plus lucet.

Tertia: Sæpe resoluta in morbis parte tenui calida
magis agitante, remanet crassior remissis sympto-
matis, sed peior: sicut herisipelas quando indura-
tur cum leuitate ægri: aut freneticus quando tran-
sit in læthargum.

Quarta: Quando permutatur humor ad locū nobi-
liorē, cessat īfestatio prima, & nondū a paret altera:

Quare videtur leui⁹ habere, cum vere deterius ha-
beat: vt in permutatione pleuritidis ad pulmonia.

Quina

Quinta: Si inter vincendum virtus eximie deficit, ut simul cum diminuto morbo pereat: quod vocat pugnam cadmicam. Addi potest.

Sexta: Ex libro de generalibus morbi temporibus, In morbis compositis perit aliquis in declinatione vnius componentium, augefcente adhuc altero.

Septima: Periura carniū & stillaticia apparet vis robustior: quæ tamen cito cessat.

Aduerte quarto de partibus accessionis: Galenus omittit tempus inæqualitatis, iungens illud cum augmento in initio libri, ne frustra pareret cōfusionem: postea separat lib. de morborum temporibus. 8. propter varium vsum curatiōis. Cur in declinatiōe particulari accidat mors nō in vniuersali, Non videtur sufficiens causa vulgaris, quod natura debilitata ab augmēto, & statu particularibus quādoque non potest tolerare declinationem, ideo perit in particulari declinatione: Nam ea ratio militat etiam in vniuersalibus temporibus. Sed causa traditur. 3. Crisi. 9. Quod in accessione particulari vis est vnita vsque ad declinationem, quare durat: in declinatione aut particulari, expansa, ob summā debilitatem resoluitur: quod non accidit in vniuersali, cum in ea non expādatur exiguus calor: Et licet

Causa
partium
accessio-
nis.

licet Galenus applicet tempora parua materiae de nouo fluenti ad focum, comodius applicantur calido innato fluenti ex toto corpore ad emendationem materiae in foco: Nam initiu est quando fluit, augmentu quando mouet materia, status qn coquit & expellit, declinatione qn minuuntur symptomata propter actionem naturae praecedentem. Nam si pellitur in accessione ad partem satius esset naturam (quod facit in alijs permutatiombus) suffocatam a nouo accessu prauis humoris quiescere, vt paulo post roborata melius coquat.

(*Earum autem.*)

ADuerte primo, causas erraticarum verarum: Affert Galenus. 3. nam multae propter complicationem periodorum creduntur medicis erraticae, cum vere sint ordinatae. Ergo, vere erraticarum vna causa est: mutatio humoris facientis febrem: altera, error in victu. Mutatur autem humor morbosus dupliciter: Vel quia primus humor corruptione sua transit in alterum, quae permutatio citissime accidit sanguini, tardius alijs humoribus: Vel, quia ad focum praecalore ebullientem tractus est

rect

humor

humor alterius speciei à priore, qui & ipse seruat periodum suum, simul cū peiore humore. Quod autem error victus pariat nouum periodū in ægro nil mirum: si quidem etiam parit infano.

Aduerte secundo: Argenterius condēnat Galenum, eo quod tradiderit duas causas, quæ tamen ambæ sub vna includuntur, imo vna sub alia continetur: Nam error victus nisi humor peccans mutetur nunquam facit erraticam: ergo non oportebat asserere duas causas erraticarum, vnam mutationem humoris peccantis, alteram peccatum victus. Dic: recte Galenus numerat causas duas. Primam: Vbi sponte sua humor faciens febrem certo periodo mutatur in aliam speciem humoris: Alteram: quando de nouo gignitur humor faciens febrem additā priori, non transmutato priore humore ab errore victus: quæ duæ causæ in pertinentes sunt, non vna continetur sub alia.

✠ LAVS DEO. ✠

... hinc est aliter speciat priora, qui tempore ferat
... periodum hanc, hanc cupio hanc. Quid
... autem error videtur patitur non in agro
... in hunc in quidem etiam pars in sano.
... Ad hunc legendum: Argentum conditum Ga
... leum, corpus tradidit hanc causam, hanc
... hanc sub hanc in hanc, hanc hanc hanc
... hanc: Nam error videtur hanc hanc hanc
... hanc hanc in hanc hanc: ergo non oportet
... hanc hanc hanc hanc hanc hanc hanc
... rationem humoris peccantis, aliter peccant
... vicius. Dic: recte Galenus numerat causas duas
... Primam: Vbi sponte hanc humor faciens febrem
... certo periodo mutatur in aliam speciem hanc
... tis: Alteram: quando de nouo gignitur humor sa
... cius febrem addit prior, non transmutato prio
... re humore ab errore vicius: quod hanc hanc in per
... tinentes sunt, non vna continetur sub alia.

DE LAVS DEO

... hanc hanc hanc hanc hanc hanc hanc
... hanc hanc hanc hanc hanc hanc hanc
... hanc hanc hanc hanc hanc hanc hanc
... hanc hanc hanc hanc hanc hanc hanc
... hanc hanc hanc hanc hanc hanc hanc

j

AD LECTOREM.

Fortè importuno negotio impeditus tradidi excudendum Fol.
 Typographo opus. Cum primum autem licuit relege-
 re, reperi locos non paucos, qui diligentio- rem operam postu-
 labant. Eos (quoniam aliter datum non est) vitiosos emaculās
 mutilos complens, ad calcem operis attexui. ¶ Fol. 1. 1
 lin. 18. pluribus. Adde: in quibus ad intentiones tantum cu-
 ratrices progreditur, omittens particulares remediorum,
 & alimentorum materias, suis explicandas voluminibus.
 Vers. li. 2. repetitionibus leg. repetitionibus: Li. 24. acutorū.
 Adde 9. ¶ Fol. 3. li. 4. nocturnæ. Adde: Gal. ait: priscos 3
 peccasse, & in genere diuidendo, quoniam omittentes mate-
 riam febris, quam vocat substantiam, diuidebant per ali-
 quod febris accidens: verbi gratia: per tempus accessionis,
 aut per locum affectum: & præterea, quia ipsa diuisio acci-
 dentis febrili, aut erat deficiens, aut abundans. Vers. lin. 12.
 mordet. Adde: sicut sincerabilis dicitur, quæ minimam mix-
 tionem habet. ¶ Fol. 4. lin. 10. sanitate: adde. 4. lin. 11. 4
 præpalidi, leg. præpallidi. Li. 12. palidi, leg. pallidi. Lin. 24.
 ad iunctum, leg. adiunctum. ¶ Fol. 6. vers. li. 1. a sensa 6
 ta, leg. a sensata. Li. 23. caleant. Adde: & de primo quæsito
 satis multa: quoniam magis est de intelligentia authorum,
 & de usu vulgari nominis: febris: quam de re. ¶ Fol. 7. 7
 vers. li. 4. pugnabunt. Adde: nec valet solutio quorūdam ex-
 plicantium finitionem contrariorū, quod abijciunt se mutuo

Fol. à subiecto, quia non possunt simul denominare subiectum
 calidum & frigidum. Nam est admodum intorta locutio
 homini eloquenti, qualis in primis Aristoteles est. Præterea
 denominatio subiecti competit contrario secundum accidens,
 quod est habere plures gradus: finitiones autem non dantur
 per accidentaria sed per ea, quæ perpetuo insunt definito.
 Sicut non procedit, quod alij respondent: contraria mu-
 tuo se à subiecto pellere, scilicet, secundum esse perfectum:
 nam communi nominum usu: frigidum ut unum, &
 calidum ut unum, sicut contraria: finitio autem debet com-
 petere omnibus contentis sub definito: ergo finitio contra-
 riorum conueniet etiam illis: abiciunt igitur se à subiecto,
 licet non habeant esse perfectum. Fol. 8. li. 4. expe-
 rientia, adde: Nam licet in vno subiecto contraria illa ab vna
 forma exigente varietatem partium prohibentur mutuo in
 se agere, non possunt prohiberi agere in passum alienum:
 & ita homo calidus in secundo in aqua calida in secundo
 doleret, ut pote perpetuo alteratus à qualitatibus aquæ.
 Septimo: sicut ad dictiones formandas, quæ mixta quædam
 ex literis sunt, tam multarum linguarum, quæ in mundo
 sunt: sufficit coniunctio sonorum 24. quorum quiuis est im-
 permixtus alteri: nam sonus, A, varius est à sono, B. Sed
 constituuntur dictiones ex varia earum quantitate, ut te
 & terra, vel qualitate, ut te & me, vel ordine ut terra &
 rete: ita mixta elementaria euadunt non amissis virtu-
 tibus elementorum vel propriarum qualitatum per adæ-
 quatam

quatum commixtionem contrariarum qualitatum vel ele- Fol.
 mentorum, sed sibi inuicem iunctis varia quantitate, vel
 qualitate, vel ordine: Maxime quia litteræ 24. inuariabi-
 les sunt: Qualitates vero quatuor innumeris intensio-
 num & remissionum gradibus dissident mutuo. Maxime quia
 voces linguarum omnium inuariabiles, sunt quinque tan-
 tum: reliquæ enim non sunt voces, sed vocum præpara-
 tiones: quod alibi ostensum est. Nec oportet cum plurimis
 philosophorum opinari, ideo qualitates primas creatas es-
 se actiuas: ut mutua illarum actione mixta euaderent va-
 ria: cum voces illæ sine vlla mutua actione dictiones va-
 rias constituent: & toni vocum quatuor citra illam mu-
 tuam actionem vniuersas musicas armonias: Sed ideo
 collata est elementis vis illa actiua, quasi seminalis ele-
 mentorum propagatio: ut perpetua substitutione in spe-
 cie durarent, quæ in indiuiduo corruptibilia creata sunt.
 Cur ergo non similiter qualitates secundæ & terciæ actiue
 creatæ sunt? Quoniam natura, quæ in necessarijs non de-
 fecit, indens elementis vim informatricem qualitatum pri-
 marum, & metallis lapidibusque informatricem complexio-
 nis propriæ, qua per extrema crescunt, & quodam modo ali-
 tur: & plantis animalibusque eandem vim informatricem
 in semine locauit perpetuo: ita ut etiam, quæ inter platas solis
 folijs constant, qualia sunt scolopendium, phyllitis & filix
 in folijs ipsis creatis admodum exiguis vasculis semine
 turgeant (quod ignorauit antiquitas:) Ita nunquam abun-

Fol. dans in superfluis, tertio de anima. 9. priuauit ea facultate actiua, vel seminali partes reliquas, & plantarum & animalium: quoniam illa vna seminis facultas sufficebat partibus omnibus in perpetuum substituendis. Sic nihil necesse fuit qualitates secundas, vt colores aut sonos, vi actiua pollere: vt pote quæ opificem alium habuissent quibus substituerentur, hoc est certa mixtorum temperamenta, quæ illas vice informatricis perpetuo, & efficiunt & conseruant. Octauo: si esset necessaria ea permixtio adæquata contrariorum, fieret ad remissionem qualitatis pristinae propter varietatem operum in corpore vniiformi per omne & suas partes, quales sunt elementorum partes. Nam in mixtis ad varietatem operum sufficit coniunctio partium elementalium contrarijs qualitatibus pollentium: sed in aere non datur ea mixtio frigoris cum calore suo remisso, nec in aqua siccitatis cum sua remissa humiditate: ergo multo minus natura fecit in mixtis adæquatam illam vnionem non egentibus ea. Nono: repugnat intentioni naturæ in gignendis omnibus rebus sublunaris orbis, vnio illa. Nam: si ob varias species mixtorum gignendas voluit perpetua esse elementa quatuor quibus circundantur, non aliter distincta, nisi quia perpetuo obseruant qualitates illas contrarias: quo modo contra hanc intentionem adæquate iungent illas? ita vt amittant vires suas, & pene extinguantur. Tantūdem enim est ac si deleret elementa, & faceret ex omnibus vnū: intendens tamen ex illis gignere mixta diuersissimarum functionum esse.

effectiua. Decimo: si calido in quarto iungitur frigidum in Fol.
quarto, agentia in se mutuo contraria, verbi gratia aqua
feruens & frigidissima corrumpunt se, ita vt maneat in
temperata aqua vnus gradus frigiditatis, & alter caloris
apud illos: si ergo contrarietas qualitatum fuit causa non
solum productionis sibi similis qualitatis, sed etiam cor-
ruptionis contrariae, cum adhuc duret eadem contrarietas,
cur non aget ille vnus gradus caloris in vnum frigoris: vt
per corruptionem maneat passum in non gradu caloris &
frigoris? Undecimo: Galen. 3. simpl. 17. ait: non referre me-
dico censere de proposita difficultate: satis eni est illi sume-
re contrariorum mixtionem contraria operari simul in cor-
pus: siue operetur illa in varias partes corporis in sensibi-
liter iunctas, siue in eadem adaequate: addens, quod si ratio-
nes philosophicas expendamus, recipiemus sententiam de
incompatibilitate contrariorum adaequate: Quam perpe-
tuo sequitur nunquam numerans inter species temperamen-
torum compositionem ex calido & frigido, vel humido &
siccio, in qualitate: Nam compositio ex frigore quanti-
tatiuo & calido qualitatiuo cum non sint contraria, nuper
ostensa est. Nunc ad opposita: quorum difficultate moti
plures recentiorum oppositam sententiam amplexati sunt,
solutio tentanda est. ¶ Versi. li. 8. minuens, leg. minuens. Li. 9
augens. Adde: & ad manifestiorem solutionem. Dic, pri-
mo: mixtio illa qualitatum non tollit hanc difficultatem:
quia difficilius est credere quod calidum in frigidet, vel id

Fol. in quo excedit calor frigiditatem (ita enim interpretan-
 tur nomen calidum & frigidum) cum actio omnis natu-
 ralis fiat à dominante qualitate in mixtione: & quod po-
 tentior qualitas non operetur, sed iuncta: quam credere ca-
 lorem remissum infrigidare: non frigus gignendo (id enim
 constanter negamus) sed nonnunquam immodicum ca-
 lorem sibi alienum corrumpiendo: sæpius enim remissum
 intendit, sæpe conseruat intensum: Dic secundo: omnis
 qualitas actiua in orbe inferiore habet appetitum pro-
 ducendi qualitatem specie sibi similem, nempe calor ca-
 lorem, frigus frigiditatem: sed simul habet appetitum
 vniuersaliorem, & potentiozem assimilandi sibi passa
 omnia, sicut corrumpendi omnia sibi dissimilia: siue
 contraria sint, siue similia sed intensiora: & hic appeti-
 tus cum sit generalissimus omni agenti assimilandi sibi,
 gignendo alterum quale ipsum (non solis viuentibus, quod
 dixit Aristotelis 2. de anima 4.) vincit illum priorem. Si-
 cut ergo aqua appetitu naturali descendit per aerem querēs
 locum proprium: sed alio vniuersaliore ascendit sursum
 ne detur vacuum, querēs cæli conseruationem: & quando
 adest necessitas vniuersalis illius, efficit motum contrariū
 particulari licet naturali: Ita calor vt vnum natura appetit
 inducere in omne passum calorem: sed cum habeat vniuersa-
 liorem appetitum cōuertendi omnia in sui similitudinē. præ-
 sente illa necessitate in calido vt duo, omittit primū appeti-
 tum producendi calorē: maxime vbi est ociosa productio, cū

iam sit præsens in passo: & conuertitur ad aliam assi- Fol.
 milandi sibi per corruptionem vnius gradus caloris, si-
 bi innaturalis & immodici. Dic tertio satius: etiam si Contra-
 asseratur in omni agente naturali vnus tantum appeti- ria adæ-
 tus, quadrant valde effectus omnes sine ea mixtione qua- quate in
 litatum. Nam certum est in vrina humana calidum su- cōpatibi-
 perare frigidum, quoad æqualitatem ponderis: quia asper- lia.
 sa cuti humane equali ad pondus calfacit eam: & tamen
 in balneato, tertio simplicium. 8. producit frigiditatem:
 quia sentitur frigida: & non adest illa sensatio nisi tem-
 pore alterationis ad frigidum. simplic. 17. Nec adest al-
 teratio illa, nisi corrumpatur aliqua portio caloris in balnea-
 to, & inducatur aliqua frigiditas iuxta positionem illorum:
 ergo à frigiditate subdominante in complexione vrine fit
 actio: aut calor auclius supra frigus infrigidat. Fatendum
 ergo est, omne principium actiuum in orbe inferiore non in-
 tendere producere hanc vel illam qualitatem: sed hoc tan-
 tum, reddere omnia sibi similia: siue illud fiat corrumpen-
 do, siue inducendo hoc vel illud. Semper enim hoc vnum in-
 tendit, inducere totam suam similitudinem in passum quod
 vis: & quia ex passis quedam hac parte, quedam illa
 similia sunt, vel dissimilia, fit vt pro varietate passo-
 rum varia vel inducant, vel corrumpant. Ita vrina cutem
 humanam extra balneum calfacit, in balneo frige-
 cit: sic calor noster natiuus lib. de tremore & calorem fe-
 brilem corrumpit infrigidando, & frigus hydrofici
calfa-

Fol. calfaciendo: sic virtus informatrix in formando homine
 quandam materiam minuit, quandam auget: alias partes
 vnit, alias soluit: tantum intendens inducere humanam si-
 militudinem: sic artifex iussus ex quadrata massa cerea for-
 mare globum similem dato, alibi addit ceram, alibi mi-
 nuit: tantum considerans reddere similem dato, non sim-
 pliciter, aut addere, aut minuere. ¶ Li. 24. quo, adde: sarctor.
 ¶ Fol. 9. v. 2. algebat, adde: & illud est perfectio: sicut aqua
 & aër temperantur in vere per corruptionem excessum ci-
 tra inductionem caloris. Tertio solue: quod terminus ille tē-
 peratæ complexionis, quam medici cum latitudine conside-
 rant, est optima omnium complexionum, tantum abest, vt
 fit non ens. Quarto solue: ablatio mali est bonum sæpe in-
 tentum à natura, & ab arte citra considerationem aliam:
 Nam in putrente carne, aut humore, ventilatio, & ex sicca-
 tio tantum tollunt fætorem non inducunt bonum odorem: &
 pœnitentia peccata: & corruptio qualitatis deleteriæ est in-
 tentum sæpe artis & naturæ: sicut occisio alieni corporis
 ad orientis nos. Vnde intelligitur multas actiones corrupti-
 uas esse bonū simpliciter, & finem. Ad quartam: nisi inesa-
 set frigiditas in temperato corpore repente calefceret à cale-
 faciente, & ad eum gradum accederet aër caloris, qui sibi
 natura conuenit: quia omnis actio quæ fit in passum non
 resistens fit subito: vt lux in aère. Dic: scientia non acqui-
 ritur subito à puero siue linguarum, siue artium vbi igno-
 rantia, cum sit priuatio non est contrarium, resistens: sic ca-

lor in aquam, & odor in rem inodoram & infetentem: Fol.
 ergo in qualitatibus primis idem fiet. Quia non sunt suc-
 cessiua vt repente inducantur, sed permanentia: Perma-
 nentium autem natura est, vt figantur paulatim in passum:
 alias absente agente confestim perirent. Sed siue sit causa
 resistens natura permanentium, siue quoduis aliud, id quod
 in alijs actionibus relatis est causa tarditatis in opere, erit
 etiam in aqua vel aere temperatis, ne repente gradu ali-
 quo calefant, vel refrigerentur. Et similiter ad aliam. Nisi
 si esset mixta frigiditas in calidis infra summum appli-
 cito summe calido repente euaderent, summe calida propter
 defectum frigoris resistentis. Non enim requiritur prae-
 sentia frigoris ad paulatinam productionem qualitatum
 primarum. Maxime: quia ne aer repente inflammare-
 tur, non est causa frigiditas mixta aeri, cum elementa
 non constant compositione qualitatum: sicut nec elemen-
 torum, sed satis est forma sua requirens ad conseruatio-
 nem moderatum calorem: quae resistit per aetatem luci
 solari inflammanti, & sero corrumpit ascititium solis ca-
 lorem, vt maneat natiuus aeris. Ad sextam: ex tertia
 topic. ultimo, quae contrarijs impermixtiora sunt, magis
 talia sunt: vt albius, quod est nigro impermixtius, ni-
 hil probat: solum enim ostendit Aristoteles posse quan-
 doque probari aliquid per locum à diminutione contrarij,
 nemo autem negat misceri contraria saepe, non tamen ad-
 equate. Ad septimam: ex quinto physicorum. 2. est aliquid
 magis.

Fol. magis minusue tale quoniam plus, aut minus inest con-
 trarij: idest essentia & finitionis contrarij: ita enim se
 ipsum interpretatur tertio. topic. citato: vt, si finitio albi
 est disgregare visum, nigri vero congregare, quo quiuis
 color magis disgregat visum, eo est albior: quo magis dis-
 gregat nigrior: & cultellus quo magis recedit ab acuto,
 eo est obtusior: non tamen significat, quod simul cultel-
 lus est acutus & obtusus. Ad octauam de reactione: sa-
 tis est vicinitas partium medij recipientium contrarias
 qualitates: & in passo fit primum corruptio contrarij,
 deinde inductio similis qualitatis. alias quando acutus cul-
 tellus patitur ab incissa carne, essent in acie cultelli si-
 mul figurae duae acuta & obtusa, vel anguli duo, quod
 non est inimaginabile. Ad nonam, ex sexto physic.
 mobile quandiu mouetur partim est in termino a quo,
 partim in termino ad quem, magis infert oppositum. Sicut
 enim qui mouetur ab Olyssipona Conimbricam, toto tem-
 pore motus non est simul Olyssipone & Conimbrica imo
 in neutro: sic qui a calore vt vnum, mouetur ad frigus
 vt vnum, in via media, nec frigiditatem habet, nec ca-
 lorem: saltem nunquam habet frigiditatem vt vnum, nec
 calorem vt vnum: dicitur tamen partim esse hic partim
 illic, quia habet essentiam participantem rationes vtrius-
 que extremi. Ad decimam, quaelibet pars mixta est mix-
 ta. Dic, quaelibet formalis, & illa mixta est per contine-
 guitatem, non per unitatem componentium.

v. li. 18. fetido, adde: Et cū ex qualitatibus quedā habeāt Fol.
 oppositum posituum, quedam minime. si in neutro genere
 fit remissa qualitas mixtione illa adequata contrarij, cur
 sine causa tribuetur solis primis qualitatibus? quas oportet
 omniū maxime esse synceras, & ab oppositis alienas. Assūp-
 tum ostenditur, in his quæ vacant contrarijs: luce, actionibus
 sensus visione, auditione & reliquis: actiōibus intellectu
 scientia, prudentia, arte. Quæ oēs remissæ sunt, non propter
 contrarij mixtionem (nulla est enim) sed vel gradus solius
 diminutione vel fixationis. In habentibus vero posituum
 oppositum, vt in sensilibus omnibus, coloribus, sonis, odo-
 ribus, & in voluntatis actibus amore, & voluntate: in qui-
 bus remissio non cōparatur ex mixtione oppositi: nec enim
 qui parum amat deum, aliquid habet mixtum odij, nec qui
 aliquid modice vult, simul etiam non vult. Et hæc aduer-
 sus eos qui admittunt contrariorum mixtionem ea propor-
 tione, vt ab vtraque qualitate simul impleatur tota graduū
 latitudo. Nam aduersus eos, qui concedunt eam mixtionē
 in quibusuis gradibus remissis: aut etiā intensis (nam &
 id quidam asseuerant) simp. 17. disputatū est. Multe aut
 intellectu facilior est præsens sententia maxime cū effugiat
 rerū sine causa multiplicitatē. ¶ Li. 23. complexiones, adde:
 apparet autem manifestissime, Gale. non admisisse quin-
 tam illam qualitatem, quoniam si admisisset, nihil opus
 erat laborare toto opere de inæquali intēperie, in ostendēda
 distinctione facti temperamenti à fiente siquidem factum
dicitur.

- Fol. dicitur quam primum ex precedente actione agentis in corpus, est inducta temperies noua corrupta priore.
- 10 ¶ Fol. 10. lin. 14. aqua, leg. malua. Lin. 21. quinta, adde: calor magis conuenit cum frigore, quam cum temperamento quocunque, si temperamentum est qualitas quinta: quia conueniunt in genere qualitatum primarum: & tamen calor nunquam producit per se frigus: ergo minus producet eam quintam qualitatem. Et eodem modo ostendetur, quod neque à frigore producitur. Sexta.
- 11 ¶ Fol. 11. ver. lin. 6. primarum: adde: Sicut organum quoduis & totum corpus habet vnā temperiem, quæ nō est aliqua primarium, neque quinta qualitas diuersa à primis. Sicut & dictiones omnes euadunt id, quod sunt, non per nouam aliquam formam vel vocem: sed sunt aggregatum quarundam vocum: similiter & armoniæ omnes nihil sunt, præter aggregatum tonorum in certa proportione.
- 12 ¶ Fol. 12. lin. 1. complexiones, leg. complexionem. ver. lin. 20. caloris, adde: Cum ergo ex dictis rationibus conficiatur, vnum numerum calorem esse ingenito qui fuit in corrupto, conficitur quod vnum erit specie: satius enim est dicere, quod non fit resolutio in corruptione mixti vsque ad materiam primam: sed vsque ad mixtionem, cui inest qualitas deleteria in vipera, & bezoartica in vnicorni, tam viuentibus quam mortuis. Si vero magis placet, quod ad corruptionem formæ corrumpantur accidentia substitutis alijs eiusdem speciei: ut in cicatrice viuentis & mortui, tantundem conficient rationes.

nes. Galen. autem dum separat innatum calorem ab extra- Fol.
 neo per solam moderantiam gradus, & subiecti, aperte
 testatur eos esse vnius speciei: aliâs non oporteret separare
 eos, nisi per varias naturas. ¶ Fol. 15. li. 17. luce. Adde: 15
 apertissimum experimentum est in speculo cauo: Nam op-
 positum soli ex vnita luce solari in centro comburit stupas:
 si ergo gignitur ignis à luce solari, quis dubitet prius pro-
 duci calorem igneum præparantem ad formam ignis? Item
 terræ, & paludes gignunt frumentum & calidissimas plā-
 tas in quibus est plurimum ignis: non à terra frigida non
 ab aqua: ergo à solari luce inflāmate pinguem glebā. Li.
 11. anima, leg. semine. Li. 20. aquæ, leg. æque. Vers. li. 21. ele-
 mentali. Adde: sapientissimè enī prouisum à natura est, vt
 quia igneum elementum nullo ingenio poterat in orbe infe-
 riore retineri, propter summam leuitatem, & tenuitatem
 peruadentem omnia, sursum formaretur sol, author lucis ca-
 lorificæ, non solum totum orbem inferiorem calefacientis,
 sed intercessu caloris componentis mixta omnia in terra, in-
 fra terram, & in mari: In quem vsus augendi ignis elemē-
 talis, terra ipsa non perpetuis annis colitur, sed intercollatis.
 Quis ergo dubitet calorem solarem eundem esse cum igneo,
 videns ab eo ignem ipsum produci, qui in mixtis apparet?
 ¶ Li. 24. varietatem. Adde: aliâs oporteret asserere frigus
 aquæ pluuiæ distare specie à frigore aquæ marinæ: quoniā
 pisces multo magis ea gaudent, & aluntur: Cum id videa-
 tur habere pro causa non specificam varietatem frigoris,
 sed

- Fol. sed mixtionem celestis caloris attemperantis aque frigiditatem, vel quia destillata est non putrens qualis quae diu stagnans: nā & hominibus sanior est pluuia reliquis aquis.
- 16 ¶ Fol. 16. li. 22. in verb. 7. l. 13. ¶ li. 11 frigore, leg. mora: li. 22. ossis, adde: indidit enim natura mixtis omnibus, & plantis & animabus, minorem quam egerent calorem, sciens promouendum esse, vniuersim quidem à sole: in animalibus autem etiam à corde. ¶ Fol. 17. ¶ li. 1. illius, leg. illum: li. 2. verbi, adde: quia sanitas, & morbus formaliter tantum distinguuntur à partibus componentibus, sicut totum à partibus simul iunctis, & modius à granis tritici. Ad obiectum ergo: sicut granum quoduis, vt iunctum reliquis facit modium, non per se: sic quiuus gradus caloris in febriente: & sicut libra vna quaeuis addita alteri facit pondus bilibre: non simpliciter. Nec obstat: quod idem numero dicatur modo sanitas modo morbus secundum varios respectus: quia sanitas & morbus illos respectus ad opus important. Lin. 3. s. adde: si quaeritur de re: num detur intemperatura simplex morbosa, aut calida aut sicca, certum est dari. Si quaeritur num calida tantum appelletur febris, de nomine est & tales mouende sunt vt intelligantur authores scribentes, non contendende tamen. De quo. Li. 3. omnes, leg. omnem: li. 13. momentane, leg. momentanee: li. 15. febrim, adde: morbosam.
- 18 ¶ Fol. 18. li. 2. subuenitur. Adde: 10. meth. 7. Li. 4. diminutiones, leg. diminutionis. ¶ li. 31 subiectis, adde: Num vero praestet addere his febrim differentijs, alias, infra disputabitur.
- 19 Li. 24. est, adde: capite 10. ¶ Fol. 19. lin. 11. diuisio, adde:

cap. vlti. Li. 21. propter, le. præter. §. li. 3. aliquod, le. aliquid. Fol.
 Li. 8. calefaciente, leg. calefiente: li. 23. calefaciētis, leg. cale- 25
 fientis. ¶ Fol. 20. li. .imprimēdo, adde: Accedit causa alia 20
 quia calor, vt pote instrumentū actionū naturæ habet fontē
 in corpore, vnde cōmunicetur: frigiditas vero minime. Li. 6.
 mutua, adde: Præterea per (æquale) solū significatur, nullā
 partem etiā minimam mixti manere expertem caloris il-
 lius ascititij: non quod oēs ad eundem perueniant gradum.
 Probabile est enim ab vno agente passa varie disposita non
 perduci ad vnā caloris metam: de quo infra: li. 15. nonnunquā
 leg. nonnunquā. ¶ Fol. 21. §. li. 15. putridæ, leg. diariæ. 21
 ¶ Fol. 22. §. li. 7. febrē, adde: alia vero sentētia forte ex actior 22
 infra, constituit essentiā febris non in causa facta, sed in unio-
 ne calidi in corde. ¶ Fol. 23. li. 7. corde, adde: & in causo ip- 23
 so continetur in ventriculo vel pulmone. §. li. 16. intempera-
 mentis, adde: Maxime: quia non sunt immediatæ materiæ,
 quas solas medici tractant. ¶ Fol. 24. lin. 5. primario, leg. 24
 primariū. ¶ Fol. 25. li. 5. membris, adde: id quod euidenter 25
 apparet in membris, quorum pars corripitur gangrena, &
 in virgultis arefcentibus: ambo enim citissime serpunt. Li.
 26. inæqualitate, adde: de qua febris differētia infra. Li. 24.
 est, adde: sicut tēperamentū sanorū æquale. ¶ Fol. 26. §. li. 8 26
 coniūcta, adde: sicut è contrario à prauis opinionibus facilli-
 me resipiscunt prudentes homines: maxime si humiles sunt,
 veritatis auidi. ¶ Fol. 37. lin. 17. curatis nen, leg. curatio- 27
 nem. §. lin. 23. calfaciendi, adde: potest tamen excusari
 Galen. quoniā tradidit causas februm, quæ requirunt non

Fol. quoduis elementum ad sui generationem, sed calidum.
 29 ¶ Fol. 29. li. 9. verbo. 11. leg. 8. & 10. ¶ Fol. 30. li. 16. iniuncta,
 30 leg. iuncta. Li. 17. putridinem, leg. putredinem: lin. 23. calorē
 adde: lib. de causis morborum. 3. lin. 24. generatio adde: ma-
 xime quia cælum non solum mandat formam substantia-
 lem ubi reperit subiectum dispositum, sed etiam ubi reperit
 dispositionem aliquam adycit alias, & tandem formam.
 Nam in palude, reperta mixtione elementorum apta ranæ
 addit temperamenta, & compositionem singularum partiū,
 & tandem formam ranæ: si vero mixtio aptior est anguil-
 læ, inducit dispositiones anguillæ, & tandem formam eius:
 sic in aëre tenuissimo adycit calorem, & tandem formam
 ignis. Nam & in aqua ebulliente cum primū tenuata aqua
 vertitur in flatum, inducitur alia ad ignem dispositio, nem-
 pe leuitas, ad quam sequitur aquæ ebullitio. Cū ergo elemē-
 ti essentia sit qualitates duæ cum certo modo substantiæ, in
 tenuissimo aëre reperiens modum substantiæ ignis, addit
 qualitatem eius: summum calorem: Sicut in aqua ebullien-
 te reperiens eximium calorem, addit tenuitatem, qua sur-
 sum fertur: Sicut in mixto cuius essentia est complexio &
 cōpositio, reperta complexione, addit compositionem aptam
 cōplexioni: Compositio non sequitur tēperamētum lib. quod
 animi mores. 4. & sequēt. in vtrisque aut, & mixtis & elemē-
 tis, post præuias dispositiones adycit formam substantialem,
 cum imatis doctrinis & proprietatibus. Debilis enim intel-
 lectus est mirari productionem caloris citra inferioris præ-
 sentiam

sentiam calefacientis: cum creatorū omnium perpetua pro-
 ductio desursum sit à patre luminum. In aere quidem non
 solum imperfecte mixtorum, sed & ranarū cum pluuia des-
 cendentium. In terra innumerarū & plantarū, & animalium
 veluti turgente orbe inferiore præ copia fluentis perpetuo
 multimodæ facultatis seminarie, nō minus intra terræ vis-
 cera, quam in mari: quæ sine inferno efficiente producant
 iuxta subiecti varietatem, & qualitates singulis subie-
 ctis accommodatas compositiones, & substantiales for-
 mas cum innatis & doctrinis, & proprietatibus. Voluit
 enim dominus etiam creata ipsa caduca omnia pollere vi
 effectiua similium. non quasi necessarium id esset ad rerum
 permanentiam, sed ex abundantia dñi benignitate: vt & ip-
 sa ad quandam creātis similitudinem vi seminali pollerent.
 Ita sæpe ad rerum creationem particulari illa vi vtitur, sæ-
 pissime citra illius interuentū, vniuersali sola. ¶ Fol. 31. 31
 li. 6. in verb. 3. l. 2. v̄. li. 15. & delendum est. Li. 19. argetur
 leg. augetur. ¶ Fol. 32. li. 12. conuulsionem, adde: similiter 32
 enim conuulsio sicca, requirit ad generationem siccitatem
 non quamuis, sed multam & violentam, v̄. li. 8. radues, leg.
 radices. ¶ Fol. 33. li. 6. vincuntur, adde: Argumentum est 33
 pauca coctiōis in prioribus illis, quod pressa diffluūt aqueo
 succo non pingui fructus & olera: quoniam nondum passi-
 ua in illis assequuta sunt plenam inter se mixtionem: cum
 carnes & pisces nisi destillatæ, aut coctæ sint, in succum nō
 soluantur, sed admodū exiguum & cum pingue, & cresses-

Fol. centem præ mixtionis probitate, ideo inter ea assa potentius
 alunt, & melius si in corpore coquuntur, quoniam nil remise-
 runt per coctionem alentis succi, & impensius permixta as-
 satio re sunt passiva in illis elemēta. ¶ Li. 14. sequitur, adde:
 Gal. enim perpetuo tradit more Hippo. 1. Aph. 16. doctrinā
 de quouis simplici, citra considerationem aliorum, aut indi-
 cātium, aut contra indicātium. ¶ .lin. 10. piscebus, leg. pisci-
 bus: .lin. 21. semper, adde: quibus tertia addenda est: quod
 recentissima sumantur, & nihil à continente passa: ab illis
 enim tribus vitiantur: ab aëre, ab immundo corpore, à mix-
 to alimento. ¶ Fol. 34. .lin. 12. aërio, adde: secundo aph.
 38. ¶ .lin. 16. diuiti ei, leg. duritie ei. ¶ Fol. 34. ¶ .lin. 17.
 34 anni, adde: Nam sicut olera & fructus, quia non obtinent
 integram passuarum mixtionem, in cibis reprobantur: ita
 tenere scintilla alimenta præ antiquitate: tantundem enim est,
 non obtinuisse, & obtentam amississe. Lin. 21. cacochi-
 mia, adde: maxime, quia cōnutrit, & ita euadit portio car-
 nis. ¶ Fol. 35. .li. 14. bilem, adde: nam à validissimo agente
 35 aqua mixta exiguae bili tota abit in bilē tenuem: non secus
 quam à calore solis aqua paludosa, cum exigua terra abit in
 38 anguillā. ¶ Fol. 38. ¶ .lin. 16. intelligendus, leg. intelligen-
 39 dus. ¶ Fol. 9. .lin. 4. ex, dele. ¶ Fol. 40. .lin. 2. atra bilis,
 40 leg. atram bilem. Li. 4. molestiā, adde: Vnde intelligitur, si-
 nitiones has, & totā doctrinam antiquorū de plenitudine,
 eò tantum tendere vt agnoscat medicus qui homines non
 dum certo morbo decumbentes egent sanguinis missione,

Nam

Nam qui iam certa specie morbi detinentur, indicationem Fol.
 præstant exercendi remedij à morbi specie, & notis alijs:
 quare non licet (quod multifaciunt scribentium) appellare
 plenitudinem, cacochimiam in præsentia copiosi sanguinis:
 quia in illa non semper conuenit sanguinis missio, sed pro-
 prius purgatio. Lin. 15. terap. adde: cap. 5. §. Li. 12. plethorã,
 adde: quare distinctio hæc cacochimiae, & vtriusque plenu-
 dinis non est de nomine, nec ad libitũ variabilis, sed de exe-
 quenda remedio. Li. 22. Gal. adde: Quidã vero tensionis sen-
 sum his verbis indicant: tumeo, & parum abest quin disrũ-
 par præ plenitudine. Præter auditum aut visu ipso agnosce-
 re potest medicus tensionem, ex nitida & bene curata cute,
 cum faciei, & corporis tumore sicut phlegmonosa lassitudo
 his indicatur: conquassatum me sentio, ita vt etiam ossa do-
 leam: sicut in vlcerosa lassitudine toti spinis se punge arbi-
 trantur, & aperiri sibi foramina: ita enim vocant vlceris
 sensum. ¶ Fol. 41. lin. 8. spiritum, leg. spirituum, §. 41
 lin. 5. spiritum, leg. spirituum. ¶ Fol. 42. lin. 20. est, 42
 adde: in quo casu simul conferunt missio sanguinis & pur-
 gatio: quam dispositionem quidam appellant cacochimiam
 in præsentia multi sanguinis. ¶ Fol. 43. lin. 31. in 43
 verb. 28. leg. Sectione secunda. 8. ¶ Fol. 48. lin. 13. 48
 causa, leg. igitur causa. §. lin. 13. seminarium, adde: nec rej-
 cienda videtur in pluribus pestilētibus febribus causa, quod
 putredo sit in corde ipso, quod in alijs febribus non euenit.
 Li. 23. oēs, leg. omnes enim. ¶ Fol. 50. lin. 18. famen, leg. 50
 B ij famem.

Fol. famem: lin. 24. oppugnat, leg. repugnat. ¶ Fol. 52. lin. 1.
 52 infra aut superiori delendum est. ¶ li. 10. roburi, leg. robori.
 53 ¶ Fol. 53. ¶ li. 4. purgationem, leg. per purgationem. ¶ Fol.
 54 54. ¶ li. 19. conatium, le. conantiū. ¶ Fol. 55. li. 19. morbi, leg.
 55 morbi calidi. ¶ Fol. 57. li. 15. natiuo, adde: 1. aph. 15. ¶ li. 20.
 57 prauissimas, leg. prauissimos. ¶ Fol. 58. ¶ li. 4. 1. leg. secūdo.
 58 Li. 5. 2. leg. 1. Li. 8. coquentis, adde: & quoniam liberum est
 unicuique contentum esse determinatione Gal. de causis, fi-
 nitione, & differentijs febrium: relinquentes lectori electio-
 nem, præstat opinari, non solum natos nos esse interpretan-
 dis authorū placitis, sed etiam discutiendis: & æstimantes
 maioris momenta rationum quā hominum, vbi cogimur ēt
 illis deserēdis ne veritatē turpiter, & inhoneste deseramus.
 Ut ergo à primo auspiciemur, idest à causis: Multis induci-
 mur, vt opinemur causam hanc obscure veteribus traditā,
 de conatu naturæ vnientis in corde vniuersum corporis calo-
 rem, non solum frequentem esse in febribus (quod paulo
 ante rationibus quinque ostensum est) sed etiam perpe-
 tuam vulgariū febrium: ita vt, quamuis adsint duæ
 aliæ causæ dictæ, calor in corpore ex putredine, aut ex ali-
 quo calido, siue naturali calore, siue ascititio, nunquam
 credatur inuadere hominem calorem totius durantem (quem
 febrem appellāt) nisi adsit in corde vnio calidi cum feruore.
 Nam semel consistens necessario duratura est: quod prisce
 referebant ad calefactū alicuius cōtenti in corde: In magnis
 itaque malis insurgit tota natura cū vniuerso innato calido.

ex innata doctrina ad mali propulsationem. Iuuatur autem Fol-
à calefaciente utroque dicto: sicut impeditur à frigore fa-
ciente ne natura exeat in opus febrile. Iuuatur quidem, ut
quando iungitur multa bilis, vel sanguis natura sua cale-
facientes per vasa cor, & ita augentes ipsius motum: & ad-
huc magis si illi humores sunt, vel inflammati, vel putren-
tes. Impeditur à vapore refrigerante cor, minuente respira-
tionem & pulsum: quod apparet manifestum in apnæa, &
apoplexia: Immanifestius autem in epilepsia, in gallico mor-
bo, in elephantiasi, in cæcro, in strumis. Quibus omnibus ra-
rissime, & solum cum prauissime habent, accidit febris
ex putredine, aut cum incipiunt melius habere propter sub-
uenientem naturam. Prohibent autem febrem eò quod va-
por ab illis humoribus cordi communicatus propter insignẽ
refrigerationem, prohibet naturalẽ pulsum: multo ergo ma-
gis prohibebit hunc adiectitium ex innata doctrina prodeũ-
tem (quem febrem vocant.) Quare ab Hipp. in his malis fri-
gidis lætalibus optimum pronuntiatur succedens febris: nõ
solum in ratione cause. sed & in ratione signi: quia indicatiũ
est causam frigefacientẽ cor, nõ iam integre obtinere supra
naturam: quando quidem deuieta est ab illa inducente fe-
brem. In ebrietate, in mutitate, in apoplexia, in conuulsione,
& paralyfi: nisi succedat febris, (quod etiam accidit) gra-
tia putrentis iam humoris cuiuspiam sicut in cadauere,
non ab agente natura. Suadetur sententia hæc: conuenit
primo: quod sicut in dolore vel vulnere partis, vis natu-

ralis partis laesa subuenit suo innato calore. Vnde inflam-
 matur pars & calet & rubet: aut vbi quis laute cenatus
 tradidit se somno: per noctem enim ante iustum tempus ex-
 pergiscitur, crebro respirans, illius & dorso calefactis, fati-
 gatus ex respirandi crebritate, propter concursum innati ca-
 lidi ad assumpti alimenti confectionem: quae affectiones me-
 rito febres partium appellari possunt: nec distant, nisi quod
 vnio in illis non est in corde, vnde comunicetur toti calor: di-
 cuntur: quae à quibusdam ethica ventriculi, aut renum, aut
 epatis: ita vbi res magis vrget, cor ipsum, id est corporis prin-
 ceps ipsum cum vniuerso exercitu innati caloris mouetur ad
 partem: quare vniuersum corpus, & calet & rubet: quod fe-
 brem appellant. Nā licet in defluxu partiali reliquae par-
 tes praeter laesam non caleant, ideo sentitur inflamatio in so-
 la parte laesa: Hic comunicato toti corpori feruente sangui-
 ne non discernitur ab alijs pars affecta: quam focum vocant.
 Item conuenit: quod in magnis malis fere accidit febris,
 quoniam sensato periculo vniuersus calor vnitur in fonte, vt
 iunctus corpori subueniat. Sic cerebrum valde laesum, vel
 propria affectione vel per consensum nervos corporis omnes
 conuellit, in epilepsia: citra febrē tñ, propter causam dictā.
 Sic in vulnere quouis ingente, vel animi affectione non in-
 frigidante principium, aut vacuatione maxima quavis, fe-
 bres succedentes diu etiam durantes citra vitium humorale,
 sicut impugnant veterem causam febrilium, ita suadent praesentem.
 Nam in apoplexia repentina calidi totius suffoca-

tio

tio saepe febrem prohibet: quæ si aliquanto minor est, etiã Fol.
 febris iungitur. Secundo conuenit: quod quæuis accessio
 tam in intermittētibus, quam in continuis referatur ad hanc
 causam: quoniam ostendetur infra, non mandari in quauis
 accessione nouum humorem ad focum, sed tantum præexi-
 stentem in foco agitari per quamuis accessionem à calido
 innato aggrediente coctionem illius. Tertio conuenit: quod
 saepe in prauis febribus, & frenitide & tabet apparet
 æger sinè febre, vel cum admodum exigua: quia fati-
 gata natura cessat à pugna: sicut pulsus per interualla
 intermittit, aut vermicularis redditur in debili facultate:
 quæ nullo modo pendent ex humoris putredine diminu-
 ta. Conuenit: quod saepe aliqui toto corpore immodice
 calentes differentias pulsus auctas non habent, alij etiam
 tepidi habent: quorum primi non febriunt apud omnes,
 alijs febrientibus. Videlicet, quia febris est operatio au-
 cta cordis & arteriarum, magis quam corporis vniuersi
 calida intemperies. Conuenit: quod homines creberri-
 me febriunt, reliqua animalia rarissime: videlicet quia
 maxima, & forte sola fabricæ humanæ à reliquis dif-
 ferentia est in cerebri magnitudine: cum enim equus
 vel bos sit ad hominem triplus, homo habet cerebrum tri-
 plo maius equino vel taurino, quare nonies excedit il-
 lorum cerebrum: eò quod creatus est internis cerebri co-
 gitationibus, sapientiæ & intellectu, sicut lepus ad fu-
 gam creatus cruribus valet: Ad copiam autem animalium

Fol. Spirituum, requiritur multis numeris maior sanguinis copia, quā in brutis, & vasorum amplitudo, & potus & cibi abundantia: vbi autem hæc coeunt frequentes sunt fe- uores, obstructions, & putredines, & ad hæc febres: tum quia illa calefaciunt cor, tum quia cor excitatur ad ea ma- la depellenda propter magnitudinem noxæ, & locum in- tra viscera: in brutis autem cum vasa sint exigua defe- rentia solum membrorum alimentum confestim in illa vertendum, non sequuntur dicta damna. Quarto, putrentes humores reddi confestim calidiores quam ante putredinem erant, forte habet verosimilitudinē: quod vero semper ita calefaciant corpus, vt deducant illud ad calorem tertianæ, vel causi, improbabilissimum est: Nam putrentia sæpe red- duntur frigidiora vt acetum ex vno, p sces, & carnes pu- trentes: exhalat enim ab illis innatus calor, & extraneus post actionem cessat. Si ergo ab esu multi piperis totū corpus vehementer inflāmatur cum ingenti siti, sicut à copia bilis in epate icterici, & tamen neuter febrit, nec habet pulsum febrientis: quo modo credetur portiunculā pituitæ, vel bilis manentē in foco diu, tantopere per certa interualla caleface- re totum corpus, vt ardeat, & protinus sæpe sine vlla vacua- tione in totum cessare? & si à foco cōmunicatur cordi putri- dus calor, quo modo non sentitur initio accessionis ascensus fuliginis calidæ, & putrentis: sicut in epilepsia per consen- sum sentitur accensus vaporis, nec calidi, neque putrentis? & si tempore accessionis pellitur humor morbificus extra

vasa

vasa, quo modo tunc & in interuallo succedit febris putri-
 da? nam intra vasa humor inclusus, & in loco calido magis
 & putrebit, & cōmunicabitur cordi, quā iuxta cutem in
 frigido loco, neque cordi peruiro: & si defuncti corpus causo-
 nizantis totum præ putredine fætens, non ardet instar febrile
 tis, sed frigidum sentitur, quo modo putredo viventis in exi-
 gua bilis portiūcula credetur inducere toti ardētem febrem?
 nam si deest innatus calor, extremè increuit extraneus, quē
 oportet esse maiorem siquidē inducit febrem sano. Præter-
 ea: cur laborantes gallico morbo, vel elephantiasi, & multi
 scabiosorum quorum sanguis multo putridior est quā quar-
 tanary non februnt? ipse enim Gal. infra lib. 2. 4. impossi-
 bile esse, ait multo tempore manere in corpore humorē quin-
 vel putreat, vel cōuertatur in membrū: bilis autē in arqua-
 tis, & melancholia in elephantiasis per annos triginta sine
 febre durāt. Aut cur mota bile ad herysipelas cutis, vel san-
 guine ad pblegmonem succedit febris quæ non præerat? pu-
 trida enim fuligo multo magis cōmunicatur cordi à biliosis
 humoribus intra vasa manentibus, quā in cute contentis.
 Quinta ratio: locus ulceratus aut tumefactus, ubi contine-
 tur putridus humor, non tantum calet quantum cor & arte-
 riæ: ergo non est productus calor ille cordis à putrido hu-
 more valde distante, maxime quia ostensum est artis 34.
 constrictas arterias pellere fuligines ad cutem, non ad cor:
 pellunt enim in corpore semper nobilia ad ignobilia excremē-
 ta sua, nō è cōuerso. Sexta validissima: Omnis humor noxius
 latens.

Fol. latens in corpore: imo etiam omne vulnus, aut tumor inducit in neutris hominibus febres, quæ non præerant, in statu morborum, in diebus creticis, & in vere: oportet ergo inuenire causam februm conuenientem dictis euentibus: illa non est putredo, quia in statu morborum salubrium (quales sunt morbi neutrorum) magis coctus humor est, non putridior: neque in creticis, quo tempore plus operatur natura: nec in vere, cum sit saluberrimum: & tamen in his tribus temporibus omnibus natura aggreditur humorem noxium non alibi: est igitur apertum causam februm esse aggressum naturæ ad vincendum noxium humorem. Septima: prope mortem non solâ homines, sed & bruta, siue laborent morbo solutionis, siue compositionis, siue humoralis frigido, aut calido intuētibus nobis, creberrime & velocissime respirât: non propter putredinem, vel causam intro calefaciētem, quæ non adest: ergo propter conatū vniuersi caloris. De secundo: vt ex dicta causa colligatur febris essentialis notio, ea videtur vniuerso innati calidi in corde ab innata doctrina ad subueniendum magnis corporis damnis. Quæ cōueniet vel omnibus febribus, vel his saltem quæ magnæ sunt & frequentes: quod paulo post disputabitur. Neque mirū est sapientibus huius seculi non fuisse manifeste perspectam causam hanc, sicut multas alias inatas doctrinas informatricis facultatis, creticorum dierū, periodorum, qui in morbis obseruātur: si quidē de mira Dei opt. max. in creata prouidētia Psalmographus canebat. 138. mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est

est & non potero ad illam. Nec oportet cum quibusdam opi
 uari, non uti naturam cordis hoc inuēto nisi ubi agitur res Fol.
 sua, cui prouidet emendandæ vel cauendæ: ostensum est enī
 5. de locis 7. facultatibus naturalibus creatorum, licet irratio
 nalibus inditas esse has innatas doctrinas, non in sui gratiā
 tantum, sed crebrius in vsus, aut totius corporis, aut aliorū
 membrorum. De tertio: stantibus superioribus placitis, vi
 dentur secundæ febres omnes in differentias sex variātes &
 prædictiones, & curationes medicas, tales enim solum medi-
 ci muneris sunt. Prima species: vnicus congressus nature
 cum causa noxia fere intra diem cessans: cum enim non ali-
 ter oppugnet natura quicquid noxiy momentanee sentit in
 corpore, quam natura crisim in morbo intentans: siue noxiū
 sit materiale vaporosum, aut humorale, siue immateriale,
 ut animi affectio, vel quiduis aliud incorporeū (nō enim dis-
 cernit irrationalis natura) fere vna die peragite conflictū: diu-
 tius enī non sustinet citra fatigationē pugnae cōtinuitatem.
 Nam & crises fere intra diem & noctē peraguntur. Hæc
 febris species accidit, ubi causa sensata non est ita multa, &
 calor cordis febrilis spūs cordis magis quā sanguinē ipsius in-
 flāmat: vocant diaria. Secūda species fere durat dies 4. ali-
 quādo 5. aut 6. videlicet ubi noxia causa amplior est, & fe-
 brilis calor nō solū spiritui cōmunicatur, sed oēs simul humo-
 res inflāmat, quos sanguinē appellāt: ob quas duas causas ex-
 tēditur ad dictū terminū, sine vlla tñ remissionis vicissitudi-
 nariæ intercapedine: quoniā mire docta natura vitū illud

totius

Fol. totius sanguinis & vasorū non patitur impugnatum manere cum vitæ discrimine, sed sine quiete toto conatu laborat, vel emendare vel expellere à visceribus ledens: siue extrorsum, siue ad viles corporis partes: hanc vocant, continentē, vel nouo nomine synochum: idquē aut sine putredinis inditio, aut etiam incipiente iam putrere sanguine. Tertia est: vbi non iam spiritus aut sanguis, sed excrementum aliquod in corpore contentum præstat febrī occasionem, sua noxia qualitate, aut quantitate: & magis si vel natura sua calet, vel accidentario ex putredine calore: bilis, scilicet, vtraque, & pituita: aqua enim raro putrens in ascite potest etiā febrē inducere. Hæc tria excrementa frequētissime, quoduis autem illorum, aut continetur intra vasa exigua, aut intra poros carneos, aut iunctum inducit tumorem præter naturam: & hunc aut externum, aut internum: nam intra vasa grandia copiosum quēuis ex his humoribus docta natura non retinet, cum maximo corporis damno, sed detrudit ad vnum ex numeratis locum. In quocunque ergo loco contineatur separatum à magnis vasis excrementum, docta natura non semel aggreditur (nec enim sperat sine sanguinis multo adiutorio separatum iam noxium humorem vno conflictu superare) continuato vero succumbere timet præ fatigatione: quare eligit ad pugnam dies quosdam in quibus reparata ex anteacto labore victoriam speret. Sunt autem interualla illa varia, pro varietate anteaacti in die accessōis, laboris: ita enim & ars militaris facit naturam imitata. Est

quoniam

3^o 187 in re.

andat. f. in magnis
 alit ad vnum locum
 f. ad hoc car. nec
 f. in vno loco
 f. per vnum locum
 f. in vno loco

in vno loco
 f. in vno loco
 f. in vno loco
 f. in vno loco
 f. in vno loco

quoniam (quod infra latius ostendendum est) ex conflictu Fol.
 cum pituita minimum fatigatur, cum bile magis, cum
 melancholia multo magis, obseruat in pugna pituitæ quo-
 tidianas accessiones, cum bile tertianas, cum melancholia
 quartanas. Hanc febris speciem vocant periodicā vel pro-
 portionalem: & sepe iungitur illi putredo sepe aucta quan-
 titas acrium humorum, vel inflammatorum. F. 104
 Quarta spe-
 cies est indicta veteribus: vbi febris oritur ex insigni soluc-
 tione in quavis corporis parte, & maxime nobili etiam ci-
 tra vitium spirituum, sanguinis, vel aliorum humorū: Nam
 in subueniendo illi, vt pote afferente vitæ discrimen, concur-
 rente etiam spirituum ex dolore inflammatione, obseruat
 dies quosdam ad febrem concitandam: non iam illos humo-
 rales periodicos variatos pro laboris præteriti varietate, sed
 vniuersales præfixos naturæ curanti (quos vocant creticos.)
 Cuius est maximum argumētum, quod in nullo morbo tam
 præcise obseruantur cretici dies, tam in repetitione febrū
 quam symptomatum, quam in vulneribus: In quibus cura-
 toriæ indicationes magis sumuntur à vulnere ipso, quam ab
 humoribus. S. 105
 Quinta differentia est: in qua sicut in sexta nō
 adsunt ex natura febris accessiōes, sed febris est vniiformis:
 propterea quod non pendet ex inuadente natura certis perio-
 dis, sed ex calore ipso cordis & membrorū: qui vel iam com-
 buisit membra in quinta, vel cōburit in sexta specie. Ambæ
 enim fixationē febris habent: nisi quod hæc quinta, quo tēpo-
 re cibantur, representat exacerbationē quandam, & statū
 quens.

Fol. cum non sit accessio, nec periodus, sed feruor accedentis
 alimenti: hanc vocant ethicam. Sexta postrema etiam
 uniformis est: propterea quod vruntur membra sua natura
 sicca ex alimenti defectu: tantum autem videntur habere
 declinationem, aut forte liberantur à febre, quo tempore ci-
 batur, tunc enī accedente humido alimento, sicut ad id quod
 dicitur, prohibetur combustio febrilis: & vel cessat, vel val-
 de minuitur febris. Et quoniam videbitur multis durum
 oriri febrem ex negato cibo sanari autem oblato: confirma-
 bitur vulgari & recepta opinione: quod quidam febricitan-
 tes propter tenuem victum conseruant febrem, in quibus ci-
 batio sanat: vocat vulgus: febrem ex debilitate: quae opi-
 nio quia plurimorum est, contemnuenda non est. Maior est
 Gal. autoritas asserentis. 1. therap. 4. & 5. in naturis sic-
 cis nō cessare febrem etiam periodicam ante cibationem, &
 vnicum esse in talibus remedium ad febris cessationem, ci-
 bare inclinante accessione: & vbi morsus maior est etiā in-
 cipienti accessione. Maxima est autoritas experimēti cre-
 bro apparentis veritatis exploratoribus, & mihi saepe obser-
 uata. Nec dissuadet ratio, quaecūque enī comburi periclitātur
 corpora, sicut & vasa ad ignē, nullo citius remedio sanātur,
 quā cibo, balneo, & aquae copioso potu. Videtur q̄ haec species
 etiā ad ethicam referenda: ita vt haec sit incipiens, illa consu-
 mata aequalitas febrilis: & habetur solutio ad propositam
 supra obiectionē de ethica quandiu fit, quo nomine sit appel-
 landa. Num aut etiam in his postremis differentijs februum
 que

quæ inter se valde conueniunt, iungatur etiam pro causa co- Fol.
 natus ille naturæ, in corde regentis, forte de monstrari nō po-
 test: quia non apparent mutationes illæ in pulsu pugnantis
 naturæ, & à pugna cessantis: & quoniã ex necessitate ma-
 teriæ citra naturæ operationē sartago ad ignem liquore defi-
 ciente vritur: & vbi vsta est liquore affuso ebullit, non se-
 cus quã cor, & membra in his duabus differentijs febrü. In
 quibus videtur ostensa febrü causa, finitio, & differentiæ
 facientes ad prædictionem & curationem. Nam in primo
 genere fere refrigeratio satisfacit: in secundo sanguinis mis-
 sio: in tertio purgatio: in quarto vulnerü & dolorum, & fer-
 uoris sanatio: in quinto refrigeratio alimentosa membrorü:
 in sexto cibatio & humectatio non dilata. Videtur aut iuxta
 tradita de essentia febris, naturã in omni periodica febre in-
 tendere intermittentiã: cum oporteat eã quiescere à priore
 pugna ante sequentē conflictū, continuïtas igitur ex malitia
 vel copia vaporis agitati pendet vbicunque continetur: ideo
 cōtinuitas febris semper praua est, indicās plus posse vaporē
 morbosum ad febris continuïtatē, quã naturæ operationem
 intendētis intermittentiã. Ex his sex febrü differentijs de
 tribus tantū aperte meminerūt veteres, nēpe de spirituosa,
 vel vaporosa, vel diaria: de putrida: de ethica. De humoralī
 aut inflammatorīa obscure tantū, cæterum de ethica fiēte cu-
 nis factū est fixum, licet nondum possideat partes oēs corpo-
 ris, & de altera specie ortum habente à magno corporis incō-
 modo non intēperamenti nomine, nusquã meminerūt: cum tñ.

omniū.

Fol. 62. omniū earū rationem & cognitionē haberi oporteat, ad cer-
 tam earum curationem. ¶ Fol. 62. li. 2. obtinet, leg. obtinent.
 65 ¶ Fol. 65. li. 1. in crudari, adde: nam ex tribus significatis
 coctionis traditis Hippo. & Galeno, in 1. significato solum
 sanguis pro quarto humore coquitur, quia plurima sui parte
 alit: reliqui tres humores in secundo significato, quia mi-
 nore sui parte: pituita vero etiam mediate coquitur in pri-
 mo significato, quia transit in sanguinem pro quarto humo-
 re: humores enim omnes aliqua ex parte nutrire est antiqua
 Hippo. sententia 2. elem. sicut mera excrementa nempe vri-
 na, pus, & portiones vtriusque bilis quæ in epate secedunt
 ad conceptacula sua, aut nihil alunt, aut pessime. Demum:
 sicut venenum natura sua non alit, medicamentosa vero ali-
 menta aliqua ex parte: alimenta vero plurima sui parte
 alunt: ita ex alimento sanguis maiore parte: reliqui humo-
 res minore: putridi vero, pus, & vrina nulla. In tertio
 autem significato, pro reductione ad temperamentum, om-
 nia in corpore coquuntur: quia qualitates membri induci
 possunt plurimis, dissimilitudo vero substantiæ non admit-
 tit coctiones illas priores, quarum finis est forma membri.
 Gal. ergo nomine coctionis variè utitur, prout sumit in am-
 plo, vel angusto significato. Nam, dum primo naturalium
 & Aphorif. ostendit coctionem à solo naturali calore prodire,
 sumit in primo significato: dum vero 5. simplicium, &
 2. præfagiorum, & hic, coquentia ait esse calida, & humida
 moderate, augentia quantitatem non qualitatem innati ca-
 loris,

loris, cui iungitur etiam actio caloris extranei, sumit in se- Fol.
 cundo significato: sicut artis. 89. & de constitutione artis 19.
 curans bilem vacuatione, pituitam autem coctione: In ter-
 tio autem significato sumit dum ait, morbos calidos coctio-
 ne sanari, frigidos febre, & bilem coctam pallefcere: quar-
 tam vero significationem, preparationis ad expulsionem Gal.
 non recipit: quia vulgaris vsus nominis, coctionis, est prepara-
 tio ad alendum: Aristoteles vero cum coctionis nomine intelligat
 acquisitionem cuiusvis perfectionis utilis ad opus quoduis,
 etiam si non sit alitio: eam perfectionem, per quam natura
 vincit humorem, aut humor redditur obsequentior naturæ
 vocat coctionem: etiam in pure & vrina, & latere cocto quia
 redditur utilis ædificio: imo & perfectionem aptam conu-
 bio, vocavit Poëta maturitatem, dicens: Iam matura viro,
 iam plenis nubilis annis. Ait enim Aristoteles agens de ma-
 turatione: & hæc quidem ad naturam ducit, hæc vero eicit.
 Non obstat dictis: quod 5. de vsu 4. & 5. vocat excrementa,
 vtranque bilem separatam ad conceptacula: sunt enim vere
 excrementitiæ partes, non solum sanguinis collatione, sed
 etiam bilium, quæ cum sanguine per corpus deferuntur: non
 tamen appellabuntur excrementa vrinæ collatione: à qua in
 totum corpus purum esse postulat. Non obstat etiam: quod
 libro. Quos & quando, cap. 5. ait tenues humores initio esse
 purgandos, non expectata coctione: quia ibi, sicut 7. Therap.
 11. non solū aquosos humores, sed & biliosos monet purgare
 ante coctionem: non negat illos posse coqui. ¶ Fol. 66. li. 23.

Fol. in verb. 3. adde: Illi aut rari effectus per accidens aliquando
 sequentes ad coctionem non tollunt pronunciatum per se per-
 petuo verum: considerato .s. effectu coquentis caloris in re
 cocta simpliciter, citra ullam aliam quæ interuenire possit
 actionem impediētem vniuersalem, & per se caloris in mix-
 to effectum. Est aut illa loquendi phrasis etiam Hippoc. &
 Gale. familiaris. i. aphor. 16. scribentibus, Victum humidum
 omni febre conuenire, cum tamen eximie ledat febrientes
 hydrocos. Respondet enim Gal. satis esse ad veritatem sen-
 tentiæ Hippo. quod febris ipsa per se sola considerata, iue-
 tur humilis: sic Aristoteles, & Gal. docent, calorem, si expē-
 datur per se sola illius operatio, reddere cocta omnia neces-
 sario calidiora, crassiora, & sicciora: si vero etiam considerē-
 tur, quæ aliquando inter coquendum intercedunt, responde-
 dum est, aliquando per accidens coctum euadere frigidius:
 quando inter coquendum separatur pars calidior eius quod
 coquitur, vel quando calor in coquente remissior est quam in
 re quæ coquitur: ita enim cocta bilis euadit frigidior se ipsa
 cruda: & spiritus animalis vitalis: sicut vere diceret qui asse-
 reret calidum in primo necessario calefacere, scilicet ex inata
 vi: licet accedens calido in quarto non calefaciat, sed refrige-
 ret: sic crassissimus aut lentissimus humor dum à natu-
 ri calore modice crassescit, & lentescit redditur per acciden-
 minus crassus & minus lentus, aut quia inter coquendum
 secessit portio crassissima: aut lentissima. Mustum enim co-
 ctum tenuius est, quia subsident actione caloris separantis
 ethero

quidam dicit quod quidam
 in re coctat
 quodammodo in re coctat
 in re coctat

quidam dicit quod quidam
 in re coctat
 quodammodo in re coctat
 in re coctat

quidam dicit quod quidam
 in re coctat
 quodammodo in re coctat
 in re coctat

etherogenea feces in crassantes ad imum. Nec obstat, Fol.
 etiam sententiæ dictæ: quod calor non semper in cras-
 sat, imo magis tenuat: nam aer & aqua calore tenu-
 antur, frigore gelantur, & crassescunt, quia in simpli-
 cibus corporibus calor sua natura rarefacit non increas-
 sat, quia non dissipat humorem, qui in illis non conti-
 netur: In mixtis vero per accidens siccat & densat, dum
 ad resolutionem humidi aerei & aquei, residuæ partes
 terræ densitatem, & crassitiem maiorem in mixto repre-
 sentant. Si vero exactius conferantur mutuo Aristotel.
 sententiæ de coctione, & maturatione cum Galeno, discrimina inter utrumque inuenientur: cum sit Galenus in nomi-
 num significatis liberior, Aristoteles exactior. Dic ergo
 primo: Aristoteles numerat potissima opera actiuarum qua-
 tatū (quemadmodū reuera sunt) generationē simplicē vel sim-
 pliciter dictā, cum oritur in orbe aliquid quod nō præerat,
 & secundum quid cum mutatur à natura, id quod præ-
 erat in melius vel deterius. Sicut enim simplici generatio-
 ni opponit interitum, ita coctioni cruditatem vel defectum
 perfectionis mixti, quo fit ut mutatio etiam dicatur co-
 ctio Aristoteli, Galenus vero separat alterationē inductam
 in alimentum à posterioribus operibus appositionis, unio-
 nis, & assimilationis: ultra quas sequitur apud utrumque
 authorem forma, quæ hic non inquiritur, sed tantum opera
 actiuarū qualitatum, & passiuarum in mixto, vel toto vel
 parte eius. Secundo differunt: quia Aristoteles maturationē

*defini + nō nō
 generati ac generati*

Fol. vocat speciē coctionis. Gal. oppositam facit propriae coctioni.
 Tertio: Arist. quāuis perfectionem in mixtū qua reddatur
 cuius operi vtile, vocat coctionē, vt si redditur aptior hu-
 mor expulsionī. Gal. coctionem soli alitioni addicit. Quarto:
 Arist. agens coctionis facit semper calidū innatū, vel simile
 innato, moderatū. s. Galenus autē extendit ad quiduis red-
 dens rem aptiorem alitioni: siue infrigidet siue calefaciat,
 siue attenuet siue incrasset. Dic secūdo: cum vulgus ob impe-
 ritiam multis rebus nomina non imposuerit, quādo vtimur
 nomine in significato vulgi, proprio sigtō vtimur: vbi vero
 ob proprij nominis penuriā vtimur vulgari ad signādam simi-
 lē aliquā rem, dicimur loqui per metaphoram vel similitu-
 dine m. v. g. pulchrum proprie est quod visum oblectat, vir-
 tus vero quia similiter animā oblectat, pulchra dicitur: &
 crudum est vulgo & proprie quod non est euiētum à calore,
 metaphoricè autem homo crudus, qui misericordia non fle-
 etitur: & lis cruda quæ nondum cōponi cæpta est. 3. de præ-
 sag. puls. 6. Aristotel. ergo videns elixationem, & assationē
 proprias & vulgares oriri ab externo calore, cum coctionis
 agens perpetuum statuisset internum calorem, conciliat hāc
 oppositionē, cōcedēs proprias illas operatiōes elixationis, &
 assationis non esse coctiōis differentias, sed coctiōis differen-
 tias esse quando prodeunt ab interno calore vel humido,
 vel sicco: quæ quia nominibus carent, possunt per metapho-
 ram compellari similiter artificialibus, elixatio & assatio.
 Hæc cap. 3. forte vero facilius solutio foret, si affirmarem

coctio-

coctiois opificem esse perpetuo calorē moderatū pro formæ Fol.
 exigentia producendæ. & innatū quidem temperari ab ad-
 mixto ex indita doctrina certo frigore: externū vero sæpius
 & ipsum coquentem, temperari reddique interno similem,
 dum certa mora retinetur in actione, doctrina, vel diuina
 eius qui solarem calorē metitur, vel artificis moderantis eli-
 xantem, aut assantem calorē. Et actionem quidē interni ca-
 loris perficientis, vel coquentis, solo coctiois nomine generi-
 co insigniri, reliquas tres, maturationis, elixationis, assatu-
 ræ: cuius vna species frictura est. Si enī cōferatur generatio-
 nes rerū prodeūtes à solari calore ijs quæ prodeūt ab innato
 seminali, millies excedit solus solaris calor genitorū numero
 innatū calorē mixti generātis: cur ergo non similiter solaris
 calor, & igneus moderati coquent? validior enim operatio
 est generatio quā coctio. Aut cur non moderabitur calidū ex-
 ternum ad generationis & coctiois opera mora comparata
 à creante, vel ab artifice coquente, si moderatur adiunctum
 ab eadem doctrina innata frigus certum? & ita erunt pro-
 priæ coctioes etiam maturatio, assatio, elixatio. ¶ Fol. 68. 68
 v. lin. 10. frigere, leg. frigore. ¶ Fol. 69. v. lin. 19. fragori 69
 leg. fragoris. Lin. 23. extrany, leg. extranei. ¶ Fol. 70. lin. 7. 70
 putrefactioni, adde: De putrefactione aut, & illi contraria
 generatiōe adijciēda sicut propositiones quatuor. 1. dubitat
 Galenus 1. natur. 4. cum Aristote. in lib. de generatione om-
 nes quatuor qualitates actiuas appellarit 4. met. 1. duas vocat
 agentes, reliquas patientes. Respōdet: Aristotele ita posse ex

Fol. cusari si intelligatur, quod licet in elementis pariter sint omnes actiuæ, in mixtis tamen de quibus in 4. metheo. agebat, magis agunt priores, minus alteræ. De quo dic primo, non est mens Aristotelis in mixtis solas duas agere, in elementis vero omnes quatuor: tum, quia 2. gen. 2. asserit, agens de actione illarum in elementis: duas agere, reliquas pati: tum, quia 4. metheor. 1. habet: humida autem & sicca tum ipsa per se (i. in elementis) tum quæ communiter ex utrisque concreta sunt corpora terminari, & alijs qualitatibus affici. Nec itē sentit magis agere duas quā pati, reliquas e cōuerso: simpliciter sed quod duæ agunt non patiuntur, duæ vero patiuntur nil agentes: Ostēdit, quia finitiones essentielles utrarumque explicantes totam utrarumque naturam, nil continent passionis in actiuarum explicatione, sicut nil actionis in passiuis. Dic secundo: duplex actio & passio consideratur in elementis: una per se & propria, quæ contraria agunt in se mutuo, calor in frigus, humiditas in siccitatem, & e cōuerso, & hæc tam in elementis, quam in mixtis durāt perpetuo: si quidem quatuor illæ qualitates omnes agunt in contraria sua, inducendo suas similitudines & patiuntur à contrarijs, non modo quandiu mouent se parata elementa, sed etiam post mixtionem: nam piperis calor adhuc calfacit nos, opij frigus infrigidat: & licet non sit omnium quatuor æqua in agendo efficacia, nec intensio æqua: verum operatio earum omnium in sua cōtraria oibus ex æquo inest, & cōstitutio mixti ex oibus quatuor æqua: non minus enī desinet

net esse mixtum absentia vnius ex quatuor, quam cuiusvis Fol.
 alterius: ultra hanc autem actionem caloris inducendi vel
 frigoris, vel humiditatis, vel siccitatis, reperiuntur in elemen-
 tis ipsis, & apertius in mixtis affectiones multae pendent
 à duabus harum tanquam ab inducentibus eas, à reliquis
 duabus, tanquam à recipiētibus, & ab apta materia suscipiē-
 dis affectionibus: verbi gratia inest illis generatio & interi-
 tus; coctio & cruditas, durities & mollities: in his affectioni-
 bus oībus producendis calor & frigus efficiunt, humidum
 aut & siccum ex natura sua habilia sunt suscipere affectio-
 nes illas ab actiuis qualitatibus inductas: quae varietas bina-
 rum qualitatum, harum quidem efficientium, illarum aut patien-
 tium, non solum in mixtis locum habet, quod toto lib. 4. met.
 Aristoteles ostendit: sed & in elementis ipsis. Affectio enim
 qua vapor modo gelatur in grandinē, modo concrescit in ni-
 uem, modo soluitur in pluuiam, modo disgregatur in flatum
 vel fulgur, prodeunt quidem à calore, aut frigore agentibus:
 ab humiditate aut, & siccitate eius tanquam à patibili, &
 apta materia dictarū impressionū, aut affectionū. Dic tertio:
 cū duae facultates efficiāt affectiones oēs, quibus substāt mix-
 ta: praestantissima tñ mixti affectiōes autorē habēt calorem,
 nō frigiditatē: calorem tñ nō absolutū, sed certo frigore deter-
 minatū, mēsurante docta de sursum natura pro forma indu-
 cēda indigētia. Probatio: nā cū essētia ipsa speciei mixti cōsi-
 stat ī certa mixtiōe passiuarū, dū elemēta in minima diuidū-
 tur, & diuisa certa quātitate qualitate & ordine miscentur:

Fol. Superest, id quod efficit duas has operationes diuidendi, & aggregandi, esse proprium opificem mixtionis: sicut sacerdos dum datum paruum modo diuidit, modo iungit: & quoniam diuisio, & unio non fiunt citra motum, nec motus citra calorem: efficitur ut opifex immediatus mixtionis sit, non frigus, sed calor frigore determinatus. Aristoteles autem considerans in generatione mixti ultra præcipuam operationem dictam quæ soli calido tanquam agenti tribuenda est, intercedere etiam concretiones partium quarundam, ut adipis in animalibus, & duritiem in testis fructuum, & ouorum, in lapidibus, & metallis, quæ omnia frigori agenti tribuenda sunt: merito in definitionibus generationis & coctionis iungit pro causa agente frigiditatem calori. Et tamen idem ipse definiens opposita, nempe putrefactionem & cruditatem, solum recipit pro causa caloris defectum, vel (quod idem est) frigiditatem: quoniam sicut virtus informatrix in animalibus formas singula membra eadem manens alit, auget, & morbida sanat: ita calor ille innatus frigore suo determinatus (quod vocant complexionale calidum) sicut ipsum solum mixtionem peregit sua presentia, ita diminutione, vel absentia cõseruare non potest (quod cruditas, vel putrefactio dicitur) ideo definit vtrumque interitum, & simpliciter dictum, & secundum quid per corruptionem calidi. Propositio secunda: Aristoteles in definienda generatione mixti sumit pro genere mutationem: in definienda autem coctione, perfectionem: nullibi addens mixti

ad

ad separationem generationis & corruptionis elementorum: videlicet quia generatio & corruptio mixti sunt mutationes à non ente simpliciter ad ens simpliciter, vel è conuerso, verbi gratia à non malua ad maluam: coctio autem non est mutatio simplex, sed secundum quid ab esse imperfecto ad perfectum, vel è conuerso, verbi gratia à malua non nutrita ad nutritam, vel ab exigua ad adultam. Ideo autem non necesse habuit addere verbum (mixti) quia elementa licet gignantur per partes, semper tamen præerant: quare generatio mixtorum non præexistentium sufficienter explicatur per simplicem mutationem, idest rei non præexistentis: & per (naturale) sufficienter excluditur artificialis mutatio qua lignum transit in lectum. In definienda autem putredine addit: esse corruptionem calidi in humido, quo faciat probabiliorem causam putrefactionis, quod sit attractio interni calidi simul cum humido insidete calori. Cur igitur, si solis mixtis conuenit putrefactio, omnia elementa ait putrere præter ignem? Dic: quia cum vere non sint simplicia elementa, sed admixtionem habeant multam alienorum, merito intereunt similiter his quæ mixta sunt: cuius inditium fætor est: simul & vt confirmet vniuersalem causam putredinis esse victoriã interni calidi ab excedente externo: quia cum ea causa in igne solo locum non habeat, merito solus ille imputrefactibilis est. Nec arguendus Aristotel. est concedens putredinem elementis tribus, eo quod illa in se non putreant, sed putreant portiones aliquot

mixto

Pol. mixtorum illis immersæ: quia licet illud concedatur, Arist. observat perpetuo usum vulgarem verborum, & iuxta illum inquit essentias rerum. Vulgus autem concedit in tribus illis putrescentis nomen, non in igne: eo quod ignis (ait Aristoteles) nil in se continet alienum. Propositio tertia: quo sententia Aristotelis de putrefactione vera sit, nempe communissimum esse interitum omnium natura constantium, oportet non recipere finitionem Galen. de putredine quinto simplicium vniuersaliter: nempe quod ea sola dicuntur putrere quæ cum fætores corrumpuntur. Plurima enim mixta naturaliter pereunt citra fætores, qualia sunt sicca omnia corpora, non tamen citra separationem illam passuarum qua putrescentia redduntur primum humida, deinde sicca. Senium vero & mors, non sunt putrefactio, sed via ad putrefactionem, dicente Aristotele citato cap. 2. nam senium & mors non sunt separatio passuarum, quod est essentia putredinis, sed sunt minutio calidi innati conseruantis mixtionem: diminuto autem innato conseruante, sequitur dissolutio, id est putrefactio. Calor enim innatus conseruatur nutritione: tandiu enim sunt animalia, quandiu nutriuntur. secundo de anima. Cum ergo cessat nutritio, vocatur mors animalium, & insignis diminutio innati caloris, ad quam paulo post sequitur putredo: quare merito senectus, & mors dicuntur via ad putredinem. Propositio quarta: quod

nonnulli addunt

addunt Aristoteles, & Galen. ad putredinem requiri Fol.
 tanquam necessariam concausam excessum externi calo-
 ris a scitity, multas habet aduersantes rationes: quæ partim
 allatæ sunt, partim adyocientur. Prima: per hiemem conti-
 nētis calor minor est: quam in animalibus & plantis, cum
 torpeant plurima, vel pereant præ frigore ambientis aëris:
 In æstate multus est continētis calor, sed idem valde siccatur
 & comburit, ita vt neuter putrefaciat: cum tamen mix-
 ta omnia, & in omni tempore putreant. Secunda: si est
 putredo naturalis interitus mixtorum, non requirit cau-
 sam extrariam violentam, sed sponte sua succedet: sicut
 non est naturalis mors quæ oritur ex immodico continen-
 tis frigore, humiditate, aut siccitate. Tertia: natura-
 lis interitus plurimus mixtorum citra præsentiam calo-
 ris externi efficit illa primum humida, deinde sicca: er-
 go erit putrefactio ex definitione: & tamen non à calo-
 re continentis. Quarta: cadauera sepulta sub terra mul-
 to frigidiore quam illa sunt, primum disflunt tabo, post
 in terram abeunt cum fetore eximio: ergo putrent, &
 tamen citra calorem continentis. Quinta: reposita om-
 nia & inclusa, vt clausa domus, vestes, liquores in la-
 genis, vel vtribus semiplenis, frumētum in horreo, & aqua
 stagnans facile putrent: quia calor innatus euaporans, & ex-
 tra unitus, nec dissolutus euocat quod residuū intro est: vbi
 vero ventilatur dicta, vel ad aerem exponuntur, quia exha-

Fol. *lat is calor innatus circumdatus, vel ubi implentur vtres non putrent: cum tamen in illis inclis & plenis minus ingrediatur aer ambientis, qui apud Aristotelem est putredinis author, ideo in vegete non plena si quotidie extrahitur vinum minus accessit, quia aer inclusus calefactus ex innato vini calore euaporante respirat ingressu frigidi aeris: quare minus putret. Aristotelis enim responsa de propositis problematis non videntur satisfacere: tum, quia 22. problematum. 4. ait mota magis putrere 4. autem metheororum. 1. mota minus putrere: tum, quia ratio allata 4. metheor. non consentit experimento: mota (ait) non recipiunt aequae impressionem continentis putrefacientis, sicut quiescentia: quia subinde mutatur agens, vel situs passivi: ideo mota tardius putrent: sed quaecunque inclusa sunt, vel in acervo magno, minus recipiunt impressionem continentis: ergo oporteret illa tardius putrere contra experientiam. Sexta: citra interuentum caloris immodici auocantis extrorsum naturalem, adest interna causa minuens illum, ita ut non conseruet: ergo non est necessarius interuentus illius cause. Probatur assumptum quia ob ineptitudinem materiae calidi, quae indies propter siccitatem peius conseruat calorem, marcescit, & extinguitur sponte sua: sicut ligna & externa omnia, dum subiectum per siccitatem paulatim transit in cinerem. Aristoteles vero quoniam vidit putredinem calere, & quoniam frequentissima & citissima putredo mixtis euenit in calido continente, addit pro*

concau.

concausa putredinis ultra natiuam frigiditatem calorē continentis extraneum: cum euidentiore causa sit, ideo apparere putrescentia tactu calida, quia vniuersus innatus calor putrentis euolat in diffluens humidum iam non coercitum: non aliter quam ebullit sertago, non cum oleo abundat, sed cum affunditur oleo humiditas, vel aquæ, vel fricturæ, ad quam calor internus iunctus secedit occupās iunctum humidum: vt in aceruo tritici putrescente, & præ multa humiditate conglobato in massam, & præ caloris copia interni sed iuncti effumantis. Si enim calor ille ambientis esset, cur non durat absoluta putredine? Nō aliter etiam inclusæ vestes tineæ corripuntur, non si aëri exponuntur: quoniā manet iunctus in superficie internus calor humidum internum euocans, & mixtionem dissipans pristinam. Si vero paulatim exhalat internus calor, nec extra detinetur, putrēt res sine vlllo manifesto calore, vt acescentia lac & vinum: manent autem frigidiora propter defectum innati caloris, idem tamen acetum propter exiguum calorem, quod plurimum impressit in humidum tenue, fermentat terram: quod vinū non facit propter minorem tenuitatem humidi, & minorem impressionem interni ignis. Et mihi quidem idest auctori, rationes dictæ fidem faciūt in finienda putredine, nō esse addendum (ab ambientis calore oriri) sed modestiæ meæ magis est, contentum proposuisse eas in admirabilem viros Aristotelem, & Gal. relinquere liberum legentibus iudiciū. Li. 19. aitū, le. aiunt. v. li. 13. à gentibus, le. agentibus.

Fol. ¶ Fol. 7. ¶. lin. 5. aumentum, leg. augmento. ¶ Fol. 7. ¶.
 72 lin. 6. in verb. 4. leg. 3. Lin. 23. coctiones, leg. coctionis. ¶ Fol.
 75 76. lin. 9. sanguinis, leg. sanguis. ¶. lin. 1. ingredine, leg. nigre
 dine. Lin. 24. in sanguificato, leg. in sanguificatio. ¶ Fol. 77.
 77 lin. 2. vsacius, leg. isacius. Lin. 12. victo, leg. victu. ¶ Fol. 78.
 78 ¶. lin. 1. acto, leg. actio. ¶ Fol. 79. li. 18. ¶. 14. le. prima quar
 79 ti. Lin. 21. cōmentim, leg. cōmentum. ¶ Fol. 80. lin. 19. satis,
 80 adde: Non spernēda tamen argumēta sunt, vt discedatur à
 Galen. & Auicen. placito: Quod in intermittentibus in qui-
 bus putrens humor extra vasa consistit, non est verosimi-
 le, post coctionem redire fecem humoris ad vasa, & des-
 cendere ad renes cum vrina. Item: quod incredibile est per
 omnia vasa portiunculam illam putrentis humoris imper-
 mixtam deferri ad vesicam. Item, quod per sanitatem in
 solidis albescens redeat ad epar. Item: quod in pinguibus,
 & edacibus sicut per sanitatem copia contenti in vrina
 excernitur, ita & per morbum. Faciuntque admodum
 probabile, quod procedente in melius morbo attenuatum
 id quod integre coqui non potuit, transit in sublimamen-
 tum qualiscunque humor fuerit, qui morbum cōmittit. Insa-
 nis autem partem Chyli non sanguificatam in epate in eius-
 dem vasis tertia coctione dealbari, & sedimenti forma pelli
 ad renes cum vrina forma veri sedimenti sed exigui: sicut
 quod nec in ventriculo integre chylificatum est ab epate cū
 vrina subsidens forma humoris crudi pellitur. In angmen-
 to vero morborum salubrium dum causa morbi melius ha-
 bere

bere incipit, licet morbus vigeat, cum primum natura à
 suffocante materia aliqua ex parte libera materiam uniuersam
 epatis coquit, paulatim expellere, quod solebat in san-
 guificatum exiguum, vel sedimentum, vel nebulam, attestā-
 tia morbi causam incipere obtineri à natura, per signa di-
 Etæ similitudinis ad vasa epatis: idcirco spem non leuem
 consequendæ salutis præstare. ¶ Fol. 83. lin. 11. mo-
 dicum, leg. medicum. ¶ Fol. 84. lin. 12. externa, ad-
 de: Non obstat, quod videtur posse intra corpus gigni vitiū
 sufficiens ad febrem gignendam, non tamen plurium dierū.
 Quia vitium illud paulatim gignitur intra corpus cū non
 accedat causa aliqua extraria: quæ autem mala paulatim
 gignuntur non lædunt, nisi vbi valde augmentur: eo, quod cō-
 suetudine etiam venena intra corpus paulatim genita non
 statim lædunt: quando autem magnitudine sua, iam supe-
 rant familiaritatem ex consuetudine contractam, necessa-
 rium est, sequi morbum magnum, vel mortem repentinam,
 non febrem diariam, quæ salubris est, & breui durans.
 ¶. lin. 13. iuditio, leg. inditio. ¶ Fol. 86. lin. 6. verb. 86
 28. leg. 29. ¶. lin. 11. citato, adde: quoniam autem signum
 hoc compositum quibusdam etiam humoralibus inest, &
 qualitas, scilicet, augmenti synochis, mititas status pe-
 tuitosis: Galen. proponit signum hoc, vt euadat diariæ
 proprium, & inseparabile sub hac phrasi: maxime in
 sunt diarijs: significans diariam magis alijs febribus ha-
 bere duo dicta.

- Fol. ¶ Fol. 88. lin. 3. s. leg. scilicet. Lin. 21. æquales, leg. æqualis.
 88 ¶ Fol. 90. lin. 1. alij, leg. alij excruciantur. Lin. 12. fulige-
 90 nū, le. fuliginum. ¶ Fol. 91. v. li. 21. sobatio, le. solutio. ¶ Fol. 92.
 91 lin. 20. accideret, leg. accidere. ¶ Fol. 93. li. 4. calor, adde:
 92 etiam fientis cuius nulla pars notabilis sit facta. Li. 14. co-
 93 qunt, leg. coquant. ¶ Fol. 94. lin. 3. sanguis, leg. sanguinis.
 94 v. lin. 15. exsiccatio. dele punctum. ¶ Fol. 96. v. lin. 2. se-
 96 cum, adde.

Aduerte tertio: De ethico intemperamento, siue partis siue totius propositiones octo. Prima, celebris diuisio intemperamentorum, vel morborum in factum, & fiens medicis est æquiuoca: Nam quandoque fiens dicit, quod adhuc gignitur nondum per se subsistentiam habēs: factum quod iam est genitum, siue in omnibus partibus passi, quod vocant æquale: siue in quibusdam, quod inæquale. Quandoque fiens dicitur de producto toto, sed adhuc in motu, & non per omnes partes passi: factum vero quod est productum in omnibus partibus, & ethicum & æquale. In primo fiente sola sumitur indicatio ad curationē à causa, in posteriore facto ad solū effectum: in medio fiente ad vtrūque. Nam de primo fiente scribitur. 8. Therap. 1. Quæ in generatiōe est febris sola efficiētis cause ablatione cessat: de postremo facto. 10. methodi 7. Caput totius curationis his remedijs, quæ refrigerent & humectent statuere oportet: de medio fiente artis. 88. Prius vnāquāque causam abscindere oportet, postea ad eam, quæ facta est peruenire discrasiam. Propositio secunda:
 23. 10. 17
 diffi.

¶ in fine dicitur
 ¶ si quod aliquid gignitur
 ¶ et dum hanc subsistentiam
 ¶ habet, 2^o quod per
 ¶ hanc subsistentiam sed ad
 ¶ hanc subsistentiam et non
 ¶ hanc omnes hanc hanc
 ¶ factum etiam dicitur 2^o modis
 ¶ 1^o quod iam a gignitur in
 ¶ in omnibus partibus hanc
 ¶ quod vocant æquale
 ¶ siue in quibusdam
 ¶ hanc hanc hanc hanc
 ¶ hanc hanc hanc hanc
 ¶ hanc hanc hanc hanc

difficile est agnoscere essentiam huius ethici temperamētī: Fol.
 nam cum febris sicut intemperamenta reliqua partiū sien-
 tia, dolorifica sint parti patiēti: et secūdo ablatiōe causæ illa
 imprimētis, verbi gratia humoris, vel iræ spōte & ab intrin-
 seco corrumpantur & cessent: & tertio, operatio intempera-
 ti non sit debilior, sed sæpe vehementior vt pulsus, & respi-
 ratio tertianarij quam sani: quid habet hæc intemperies es-
 sentia, vt inducat tria opposita vbicunque adest? nempe nō
 sentiri dolorifice, ab intrinseco sanari non posse, sed durare,
 postremo cum tactu sit exigua necessario debilitare propriā
 sani functionem, vt chylificationem in ventriculo, pulsum
 in arteria. Causa borum effectūū asseritur quibusdā, quod
 sit iam inducta noua complexio priore corrupta: sed nec
 Gal. recipit eam quintam qualitātē, nec necessaria est. Alij
 dicunt: postquam agens producit totam suam intensiōem,
 cessat sensatio, & dolor in passo: quia sensatio alterationum
 data est à natura membrīs nostris, vt fugiamus noxia, pro-
 sequamur vtilia: inutilis igitur erit vltior sensatio, quia se
 ipsum nemo aut fugere pōt, aut prosequi. Gal. hæc sententia
 nō negat, quoniam non sentitur inducta qualitas à parte in
 quam inducta est: ab alijs vero partibus in quas non dum in-
 ducta est sentitur etiam cum dolore: oportetque explicare
 quando cesset actio. Recipit ergo Gal. tertiam causam euen-
 tuū propositorum: supponens essentiam mixti esse concentū
 illum elementorum quatuor, qui apud illum est, id quod re-
 stituit mixta altera ad pristinam temperiem, simul cum

D forma

quod cumq; intemper
 mentū fieri potest & dolor
 in his afflicto, 2^o quod
 sanari ad hanc causam
 intrinsecam, 3^o quod
 in hunc hominem causa
 mens fore quod dicitur
 quod ab hinc dicitur

quod non sit in 3^o quod non
 dicitur

Pol. forma mixti exigente eam temperiem, vel unitatem quæ
 amissa est per solutionem. Is concentus facit & naturalis
 unitas membri, ut cum dolore sentiatur omne alterans, vel
 soluens, etiam postquam impresserunt in passum in toto tem-
 pore vsquequo corrumpatur proportio illa componentium,
 & mutetur in aliam: quæ iam sicut pristina cōseruabat na-
 tiuam, ita hæc conseruet assuetudinariã, vel ethicam nouã.
 Nec secus solutio dolorifica est, quandiu fit: idest, quandiu
 non quiescit operatio soluentis: licet enim iam non appareat
 ablato ense, durat tñ aliquandiu, sicut operatio ignis ablato
 cauterio. Post, non iã dolet ex ea, nō solū quia cessauit actio
 externi agētis, sed et quia mutata est unitas in factã solutio-
 nē, vel proportio pristina in alterã, propter quã reducit se
 semper non ad eã sed ad pristinã. Propositio tertia: non est
 mēs Gal. (quod quidã interpretatur) necessario in ethica oĩa
 membra habere æqualitatem frigoris, vel caloris, ita ut nul-
 la pars distet ab alia in alteratione inducã sed quod nulla
 pars etiam minima maneat non dum alterata: quãdiu enim
 adhuc aliqua alteratur, effectus dicti non adsunt, sed con-
 trarij: & apertè lib. de inæquali intemperie 7. in ethico
 intemperamento adest varium intemperamentum in mem-
 bris, sicut per sanitatem. Propositio quarta: non sentit
 Galen. (quod alij dicunt) omnes qui cessant dolere necessa-
 rio pati ethicum intemperamentum vel solutionem: Nam
 qui sanatur ablatione causæ, vel mutatione situs causæ
 morbificæ, ut arthritidis vel dolor dentium tumente parte
 affecta

affecta non habent ethicam, sed tantum ait: quod quan-
 do fiens transit in æquale, iam non dolent, licet adsit ad
 tactum intemperies, vel solutio maneat eadem: nam &
 ea quandiu fit, dolorem mouet: post minime: sicut nec oris
 aut oculorum naturalis solutio. In vulnere autem recenti do-
 lent, quandiu exeduntur partes paulatim à fluxionis acri-
 monia. Propositio quinta: postquam etiam minimæ par-
 tes similarium membrorum (quas Galen. ait esse vilum,
 vel carnem) receperunt temperiem, ita vt vocetur ethi-
 ca cum effectibus tribus dictis, si adhuc intenditur verbi
 gratia, calor ethico cibato, aut vbi transit in marasimum,
 etiam dolebit: quoniam omne quod alteratur præter na-
 turam, quandiu alteratur, dolet de inæquali intemperie
 tertio. Et quandiu ille gradus additus non est impres-
 sus omnibus partibus ethici, adhuc sanabitur ab intrin-
 seco, temperie ipsa ethici reducente se ad assuetudina-
 rium habitum pristinae ethicae: & idem statuendum est
 de eo, qui reducitur ad nouam temperiem, vel aeris, vel
 aquæ, vel cibi: ideo enim tunc ægrotant inter mutandum.
 Sed post mutatum esse, si redeant ad pristinum statum,
 similiter dolent. Quare quod legitur lib. citato tertio. cum
 partes omnes ad absolutionem mutatae sunt, tunc non do-
 lere, non est interpretandum: ad absolutionem: id est vbi
 gradus omnes intemperantis impressi sunt in passo: sed vbi
 in omnes etiam minimas partes passi intemperies impressit.
Propositio sexta: quod legitur cap. s. terminum mutationis esse

Fol. *lesionem operis, non est intelligendū de quavis læsione: alio-*
qui sola ethica esset morbus, cū morbus diffiniatur per cau-
sam læsæ actionis: sed specie læsionis per debilitatem prop-
ter mutatam facultatem operantem essentiali facto tem-
peramento: siens vero intemperamentum ledit opus, quia
impedit, vel vitiat opus facultatis adhuc valide operantis: ut
coctricē ledit putridus calor, vel pulsum, quia auget vsum,
non quia facultas pulsifica modo sit in operando in se im-
becillior: nam quod scribit 1. præ sag. puls. 4. proba tempera-
tura agēs, ex quatuor fit elementis, agentis partis, vsum ex
calido & frigido dūtaxat. Turpiter enim quidam interpre-
tatur, læsionem operis. s. sentiendi, quoniam perit sensus do-
loris pristini: nam Galenus apertè explicat mentem suam
libro citato, & de operatione agit cuique parti propria
siue sentienti, siue insensili: ideo non potentem sicut prius
operari. Propositio septima: de varietate partium quæ
in ethico temperamento alterantur: Gal. de inæquali intem-
perie. tertio. docet, intemperamētum occupare primum po-
ros, per quos veluti volitat alterans vapor, simul & molem
extrinsecam membri occupat, sicut inflammatum non com-
bustum lignum: deinde etiam occupat partes corporis maio-
res, idest organicas, manentibus adhuc similaribus cum pri-
stino temperamento componentium elementorum: tandem
etiam similes partes, non solum ad sensum, quales sunt va-
sa: sed vere, quales sunt fibræ, & membranæ & caro vaso-
rum intemperantur: quod accidere non potest, nisi aduersa
tempe.

temperatura & concinitate pristinae mixtionis elementorum, & tunc iam vocatur ethica, & appareret dicti effectus, quia proportio pristina elementorum constituens simile, & reducens quamuis intemperiem inductam ad suam proportionem iam mutata est: & illud vocant occupare intemperiem inductam partes omnes formales, idest, quae sunt subiectum formae humanae: quales sunt membra, & organica & simularia. Partes vero materiales idest elementorum constituētium carnem, vel vilum, quae non sunt informatae humana forma, & intellectu non sensu percipiuntur, necessario aliqua ex parte mutata sunt: alioquin temperies similis compositi, idest proportio elementorum componentium mutata non esset. Notam autem facit Gal. intemperiem factam 2. pror. 17. exemplo ligni in igne positi: de quo ait: calescit siquidem valde, sed nondum vritur: quod si prius ab igne separaueris quam accendi inurique incipiat, celeriter contractam caliditatem exiit deponitque: si vero tantam in se exceperit vt inuri incipiat, etiam si ab igne tollatur, nihilominus vritur. Quod idem alio exemplo notum facit 1. pror. 33. per vestes tinctas: quarum plurimae, licet extra rubeant, scissae tamen intus monstrant in quibusdam vilis naturam albedinem: ethica vero tinctura tunc dicitur, quando nulla etiam in scisso pano minima appareret portio pristini coloris. Ex quibus verbis colligitur ad ethicam intemperiem non esse necesse, vt omnes partes quantitativae passim receperint impressionem: sed partes etiam minimas formales

107
Fol.

omnes. Itaq; pars adæquata ethica intemperata oēs etiā minimas mēbri partes intemperatas habet: non tñ oēs materiales, sed aliquas sufficientes ad mutationē temperiei: ideo lib. cita to. 2. nō diuidit in ethica partes corporis, nisi vsq; ad minima similaria membrorū. Argumentū aut Vgonis questione de mala complexionē diuersa, quo ostendit necessario afferendā esse quantā qualitātē, quæ corrumpitur in facta intēperie, producta alia noua, nihil urget eum qui assequitur mētem Gal. dictā. Proponit enim: Si tēperies carnis sana nihil est præter agregatū quatuor qualitātū, quod explicatū est: & id mutatur in facta intēperamento, non infiente: vel illa mutatio est corruptio totius agregati, & hoc non: quia etiā in facta manet portio pristini tēperamenti & caloris: vel secūdo est remissio eius: & hoc etiā in fiente adest: vel tertio, est impar portio ad sanā opera, & id cōmune est vtriq; intēperamento: vel quarto est, impar portio ad vitā, & id neutri intēperamento inest: quia etiā ethici viuunt. Dic: est mutatio in cōponentibus mēbra similaria etiā minimis: quæ non adest in fiente intēperie. Propositio octaua: quidam conantur ostendere impossibile esse, ethicam intemperiem inuadere hominem citra causam comitantem ex humore, aut vlcere, aut inflammatione, aut obstructione inducentibus, & conseruantibus ethicam intemperiem. hoc argumento: Membra corporis ab ortu indies rediuntur, & frigidiora & aridiora necessario, alias senium, & mors essent euitabilia: ergo nō possunt processu ætatis acquirere temperamētum

tum fixum in membris vel calidius vel humidius præceden- Fol.
 te. Dicunt secundo: temperies illas secundas, licet dentur fiē-
 tes, factæ tamen ita ut durēt absente agente, dari non posse.
 Dicunt tertio: ethicas pendere ab exigua, sed inhibita causa
 humoralis, vel purulenta: ideo sæpe, creditas ethicas, & in
 morbo gallico, & in alijs vacuatione sanari, & lactis potu,
 non ceu refrigerante, sed ceu vacuante. Quæ tria examinā-
 da sunt. De primo: ab ortu indies reddimur sicciores, eo quod
 elementa humida aër, & aqua sunt parciora in composi-
 tione nostra: quod grauitas corporis indicat: & præterea ma-
 gis resolubilia prætenuitate: ergo habent partes terræ, ut in
 nobis semper augeatur super aërius, & igneas causas duas,
 nempe copiam & crassitiem: quare semper reddimur siccio-
 res: attestante experiētia, quod præcessu ætatis aucta siccita-
 te (quod ante non poterant) & loquuntur, & ambulant infan-
 tes. De frigiditate vero, non est simpliciter cōcedendū: nam
 vsq; ad initiū inclinātis ætatis augetur calor, inde minuitur:
 quoniā calor in pueris præ humiditate impeditus non potest
 exercere munia caloris, sicut externus ignis cū primū ligna
 aggreditur. Cōfirmatur sentētia: quoniā animalia vsq; ad
 ætatē vigoris augētur reponentia quantitatē ampliōrē re-
 soluta, propter copiam inati caloris, cuius est reparare: de-
 terioris tñ, quia siccioris: saltem in fine nutritionis. Nec pu-
 gnat sententia Hippoc. (qui crescunt &c.) quia dicitur in
 pueris calidū amplius, collatione exigui corporis sui: simplici-
 ter tñ quātitas sanguinis spūs, carnis, & solidorū manifeste

Fol. est amplior vsque ad vigorem: & durat vsque ad initium
 inclinantis: inde autem nec in quantitate, nec in qualitate
 reponitur amplius: nec similiter calet, saltem in solidis. De
 secundo dic: intemperies calida, & facta & fiens dantur
 in animalibus: tum, quia resoluta parte humectante, vel
 impediēte operationem calidi, calidum magis operatur quā
 ante: tum, quia igniuntur partes aliqua fixæ etiam mini-
 mæ in corpore à valido calefaciente. Nam si etiam lapides
 & metalla, licet renitantur plurimum, calori fixo, propter
 siccitatem immodicam calcinantur: quod est recipere calo-
 rem factum: multo magis animalia quæ multo participant
 humore. Nec oportet, quod corrumpanitur formæ vel pu-
 treant: nam per assuefactionem cibi, vel aeris calidi idem
 animal concipit intemperiem calidam factam: quod eo ar-
 gumento colligitur, quia illo aere vel alimento valet, contra-
 rio egrotat. Nec ex eo sequitur perpetuitas vitæ: quoniam,
 & illæ calor cum non sit naturalis magis accelerat mortem
 quā retardat: & licet esset naturalis, sola conuincitur vi-
 tæ occasio ex parte agentis: cum tamen mors sequatur ob
 malitiam membrorum & viarum. Humida vero intempe-
 ries, licet quantitate semper possit augeri (siquidem etiam
 ossa crescunt adolescentibus, & per senectā fiunt quidā car-
 nulentiores, & sinochis laborantes) qualitate tamen humidi-
 tatis semper reddimur quoad factum intemperamentū sic-
 ciores, propter causam dictam remanentis terræ magis quā
 reliquorū trium elementorū. Fiens vero intemperies humida,

quæ magis est apparēs quā existens, perpetuo induci potest: Nam etiam lapides & metalla nimia pluuia, & humido aere non solum molliora euadunt in poris & superficie, sed etiam præ humiditate fiunt rubiginosa & cariosa: multo ergo magis animalia: id quod euidenter apparet in senibus, quorum mēbra siccescunt poris humore multo solutis: non tamen caro ipsa fiet vnquam secundum partes suas minimas ex quibus constat humidior, sed semper siccior: & multo minus solida, vt quibus magis repugnet substantifica humectatio. Causæ ergo ineuitabilis senij, & mortis sunt tres. Prima: quia cum mēbra indies sint magis sicca (quod ostensum est) & finis alitionis sit assimilatio alimenti ad membra sequitur repositum semper esse siccius: quare acceditur ad siccitatem vitæ incompatibilem. Secunda: quia defectu humidipinguis sustinentis innatum calorem, ita minuitur calor noster, vt reparare ne queat. Tertia: quia cum exsiccatione omne cōnieat meatibus, non est via ingredienti alimento, quare non oppositum, nec vniri valet, nec alere. Et quia tres hæ causæ potentiores sunt in solidis membris quam in carnosis, idco ethica sola difficulter curatur siue partem occupet sine corpus totū: marasmus nullo modo. Sed quo modo consuetudo aeris, vel cibi humidi, vel reductio ad temperiē sanguineā inducit temperiem humidā factam, si induci non potest? apparet enī ex ratione allata esse factam, quia male habet ea mutata. Dic: non pōt vere induci tēperies humida facta sicut nec coctum vere pōt incrudari, nec senex reiuuenescere, nec

maras.

Fol. marasmus sanari, nec biliosus mutari in sanguineum: cum
 semper omnes tales quottidie euadant facto temperamento
 sicciore: ergo non humidiores. Sed dicitur ethicus sanari, &
 biliosus reduci, & assuetus humidis humescere, id est consti-
 tui in ea conseruatione presentis humiditatis, quæ minus in
 posterum ex sicceatur, quam si non adhiberetur ea conseruatio:
 vel etiam dicuntur humescere, quia augetur in illis quantitas
 humidi alimentosi, licet semper paulo sicciore quã ante. Pri-
 ma aut species ethicæ, quia magis est frigida intemperies fa-
 cta quã siccitas (solus enim deest sanguis in exilibus vasis)
 triduo sanatur infra: quia vere nec est siccitas solidorum, nec
 carnis. De tertio: num ethica pendeat à materiali causa dic-
 cum monstret ratio dandam esse aliquando factã intempe-
 riem calidam tantum, & siccam tantum, & compositã ex vtra-
 que, non est neganda: maxime monstrante creberrimo expe-
 rimento sanatorum adhibitiõne contrarij intemperamenti frigidi
 humidi. Sæpe vero creditur ethica quæ ab humore pedit pro-
 pter exiguitatẽ febris cū duratione: quod sæpe accidit in pa-
 tientibus morbum gallicum, & interna vlcera & obstruõnes
 nes: in quibus, licet extremæ tenues sint (dicebat Ras. 12. cõ-
 tinentis) non est timenda purgatio, & ligni exhibitio si cre-
 ditur iuncta qualitas gallica fouens febrẽ, frequentissimo
 curantium experimento: cessat enim febris quæ ethica credeba-
 tur ablata causa, vel humoris, vel deleteriæ qualitatis. ¶.

97 lin. 5. profecti, le. perfecti. ¶ Fol. 97. v. li. 9. in verbo. 9. le. 10.

101 ¶ Fol. 101. lin. 19. ebullit, adde: sed præstat ad maiorem

cogni-

cognitionem causæ dictæ de calore calcis perfusæ aqua, & Fol.
 discrimine caloris quem vocant potentialem ab actuali, ex-
 plicare propositionibus quatuor quibus modis ignis in mix-
 tis duret. *Propositio prima:* ignis propter allatam causam
 de inutilitate eius, citra humiditatem ad generationē mix-
 torum, non manet in mere sicco: experimentū est in his quæ
 ardent, quorum calor confestim perit, quam primum est ex-
 hausta tota humiditas, ita vt etiamsi in ignē mittantur non
 calefant. *Secunda:* ignis actio in humidum est ebullitio,
 in siccum permixto humido combustio: nam humidum vertit
 inflatum, quod sub aqua contra naturam manere non potēs
 sursum fertur humorē eleuans: quod vocatur ebullitio: In sic-
 co vero primum humidum omne tenue dissipat, deinde etiā
 pingue immixtum terræ: quare manet sola terra passa à ca-
 lido: quod vocant cinerem, actionē vero ipsam combustionē.
Tertia: cum sit difficillima retentio ignis in hoc orbe prop-
 ter summam tenuitatem omnia permeantem, & summam
 leuitatem concuum lunæ petentem: triplex inuenta videtur
 varietas moræ illius apud nos ex parte continentis. *Prima*
est minima: quando ardet in tenuissimo humido quale est
 aër, vel aqua: repente enim euolans, quia nullo termino coer-
 cetur, dicitur extingui: cum sit magis velox motus sursum:
 conscendens autem confestim mutatur in fumum à frigore
 intēso cōtinētis. *Secūdo:* paratur maior mora per adhibitionē
 humidi nō tenuissimi, sed valde permixti cū exiguo terreo,
 remorāte cōscensum ignis: Nā cū nō euolet antequā propter
 apti-

Pol. aptitudinem passi humidi pinguis, substituatur perpetuo
 alter, & rursus alter, durat ignis perpetuo: non idem, sed
 substitutus: sicut aqua in fluuio, quandiu adest ea substitutio
 humidi pinguis. Et quia etiam humidum pingue, licet sit
 materia apta ad generationem ignis morantis, eget tamen actione
 ignis tenuari, & igni attigere ad flammam, ut continua sit
 duratio vnius flammæ, oportuit ad durationem ultra copiam pin-
 guis alentis parari flammulam subiectum etiam pingue, sed ma-
 gis terreum, in quo coerceatur ne vagetur & discedat: sed per-
 petuo attiguam flammæ pinguedinem tenuando & calefaci-
 do, sibi assimilet & substituatur. Id pingue terreum ad ignis
 mansionem nonnunquam locant in medio alentis pinguis pau-
 lo tenuioris, & vocant elychnium, in omnibus luminaribus:
 ignem vero durante substitutione in medio lucentem flam-
 mam vocant. Nonnunquam e conuerso, pingue terreum cui hæ-
 ret ignis, circumdat tenuius pingue alimentosum, ut in car-
 bone, lignis & membris animalium: & vocant eam ignis spe-
 ciem, prunam: cum tamen idem sit modus durationis in utroque
 & idem inuentum de humido crassiore sustinente ignem, &
 de tenuiore alente, utroque pingui. Vtrobique autem ignis depas-
 citur humidum pingue alimentosum: quo deficiente perit ignis,
 deficiente substituto igne: quo modo pereunt & animalia,
 & mixta, & ignis ipse tam flamma, quam pruna. Tertio:
 paratur mora igni non iam per copiam pinguis humidi, sed
 per exiguum pingue vehementissime permixtum solidissime
 terræ: quod apparet in lapidibus, & metallis cum calcinantur.

nam

nam in talibus durat ignis etiam copiosus sine alimento, propter solidissimam, & copiosam terram extremam mixtionem, non concedentem separationem, vel ascensum igni coercito. Nam metalla & lapides ideo euaserunt durissima, quia exiguum pingue vehementissime vnit copiosam illorum terram. Durat autem per dies multos hoc artificio, sine alimento ignis in inferioribus, quando per artem imprimitur passo ignis in calcinatis: durat etiam per annos multos quando a natura, vt in pipere: quia vera mixtio opus est non artis, sed solius Dei & naturae. Quare ex tribus dictis varietatibus ignis ex parte passi, in prima nihil durat, quia nec substituitur alimento, nec mista terra coercetur: In secunda durat, quoadiu durat alimentum: in tertio diutius, propter terram coercetis durationem. Et in primo genere manifestissima apparet ignis combustio & euagatio in aere inflammato, & in musto bulliente: In secundo genere magis latent opera ignis, in vino cocto, & animalium membris: & tamen etiam in membris, & sanguine intra corpus appellatur actualis calor: In tertio genere maxime dilitescunt effectus ignis: ideo vocatur potentialis ignis vel calor, cum tamen ubique sit ignis, & simile effectus inducat alibi manifestiores, alibi obscuriores. Propositio quarta: ignis primi generis augetur adhibito quouis combustibili: de hoc enim genere dixit Arist. 4. meth. oia esse igni alimentum: quo modo ardente domo, ex quouis combustibili intra domum augetur ignis. In secundo genere augetur appositione humidi pinguis alimentis, & ablatione aquae extinguētis: quo modo
alimen.

alimento & per incrementa etatum crescit, calor animalibus, & sanis & febrientibus. In tertio autem genere, ignis augetur adhibitione eius quod possit separare sepultum in terreo ignem, & vnire ad manifesta opera caloris edenda. Vbi ergo minor mixtio est (qualis est in calcinatione) sola penetratio liquoris cuiusuis ad loca sepulti ignis, educit illū innatum: propterea quod ex natura, ignis siccus insilit in humidum: quo modo sartago ardens ad ignem affuso liquore, & calx affusa aqua: ideo apparent opera ignis aperta: ebullitio aquæ, & combustio manus immissæ, calce ipsa subfrigida manente: sicut cinis affusa aqua ipsa frigida manet, trāseunte igne in calidissimum lixiuū: & vinum destillatū friget, trāseūte igne in aquā ardentē. Videtur autē puluerari, calx ipsa quia in separato humido cui inexistit calor, non coherent partes terræ mutuo. Vbi autem permixtio terræ naturalis est, ideo potentior vt in pipere, non sufficit affusa aqua: maxime, quia aqua propter frigiditatem non penetrat ad loca ignis, & deest siccitas calcis ebibens humidum: quare requiritur liquor calidus, & magis adhuc accedente vi valde tractrice, qualis est arteriarum in animalibus: ideo decoctum piperis validissime excalfacit manente pipere minime calido, quia insilit ignis in decoctum penetrans propter actualem calorem: & adhuc magis apparet ignis in pipere operatio, si pulueratum linguæ imponitur, concurrente humido natiuo calido, ideo penetrante cum tractu arteriarum linguæ separante à terreo piperis tenuē omne aereum,

&

& adhuc magis igneum: & hoc modo ethici cibati magis Fol.
 calent, transeunte parte multa ignea membrorum adusto-
 rum & veluti calcinatorum in humidum alimentale acce-
 dens: quæ ratio in alijs febribus locum non habet, licet supe-
 rius dicta de secundo genere ignis habeant. Quoniam autem
 in calce plurimus ignis comunicatur affuso liquori, inducit
 ebullitionem manifestam & durantem: in cinere vero prop-
 ter ignis exiguitatem (euolauit enim iam plurimus) comu-
 nicatus aquæ calor (quæ vt penetret calida infunditur) simul
 cum portionibus ignis efficit, vt aqua ipsa instar caustici
 urat: non tamen momentanee ebullit, nisi affundatur ace-
 tum, maxime acre. Quod itaque calor cibatis ethicis augea-
 tur, facit vniuersalis causa dicta de alimento cocto augente
 internum ignem: facit et particularis, quod in exiguo innato
 calore ethici, augmentum ex alimento est maius, ideo
 sensibilius quam in abundantibus innato calore, siue sa-
 nis, siue ægris: facit tertio, quod membra ethici ignita
 sunt, à quibus insilit ignis in adueniens humidum cal-
 cis similitudine perfusæ Fol. 103. v. li. 7. simplici-
 ter, adde: merito enim in duobus casibus apparent vaso-
 rum loca (sicut re uera sunt) euidenter calidiora vicinis,
 & reliquo corpore. Primus: vbi non adest causa communis
 calefaciens totum corpus, qualis est copia vaporis putren-
 tis: nã ea imponit in putridis febribus, vt nõ sentiatur dicta
 inæqualitas. Secundus: vbi adest causa comunis refrigerans
 totum corpus demptis vasis, quæ feruenti calore contenti
103
 sanguina.

Fol. sanguinis repugnant, quod apparet in letargo, & multis frigidis cerebri affectibus, in quibus refrigerato reliquo corpore à vapore frigido à cerebro prodeunte, fit manifestior excessus caloris in vasis: in ethicis vero etiam ea de causa magis calent loca vasorum, ex qua membra cibati magis quam in cibati, eo quod calor ebulliens plus imprimit quam siccus.

104 ¶ Fol. 104. lin. 4. calefacta, adde: nec minus si sequimur differentias februm sex, paulo ante propositas, multae ex illis compatibiles sunt, aliquae incompatibiles ut quinta & sexta. ¶

105 lin. 24. altero, leg. alterum. ¶ Fol. 105. lin. 24. phthisi, adde: de pulsu autem ethici difficultatem facit locus Galen. 3. de praesag. pulsuum 7. ubi agnoscit febrem diariam ex pulsu magno, celeri, frequenti subdens, ethicam ad easdem differentias ex natura sua mutare, cum tamen nulla ethica febris magna sit, imo eodem cap. ex pulsu docet agnoscere tres februm differentias in hunc modum: si adest magnitudo & vehementia iuncta veloci contractioni, putrida est, & si quidem iungitur pulsus durities cum putredine, adest inflammatio interna: si vero abest ea durities, cum inaequalitate serena putrida est citra inflammationem. Secundo: si adest in pulsu vehementia, & magnitudo citra velocitatem contractionis, diaria est: ubi vero absunt magnitudo et vehementia, ethica. In qua difficultate dic: Gal. considerato effectu caloris, in quo febris essentia sita est, pronunciaisse de ethica mutare etiam illam pulsum in tres illas differentias, verum quia calor omnis auctus necessario pulsum efficit velocem simul

cum

cum magnitudine si vis pulsifica robusta est, vel simul cum crebritate, si imbecilla, ideo primo de causis pul. tertio calori aucto peculiarem esse ait celeritatem pulsus, iunctam aliquando quidem magnitudini, aliquando crebritati. Cum ergo Ethici ob virium debilitatem, magnum non edant, merito velocitatem maxime eminere in ethica, scribit tertio de præsa. citato. Quia autem essentialis est ethica & perpetuo increscit debilitas, addit quarto de præsa. 10. accidere illis summam crebritatem, & eam inæqualitatem, per quam eadunt pulsus decurtati ex utraque parte, quos vocant circūnventes: quia apparent tangenti non solum diminuti utroque extremo, sed etiam secundum extrema inflexi. Utilissime enim secundo de causis pul. 3. secat in classes sex pulsum facultatis languentis: ut in primo ordine sit parvus languidus: in secundo decurtatus reciprocus: is est qui ad motis digitis fit minor quod est decurtari, sed manētibus adhuc digitis, collecta in se virtus redit ad magnitudinem pulsus pristinam: tertia classis est decurtati simpliciter, qui cum ex digitorum applicatione fuerit diminutus, non redit ad pristinam magnitudinem, sed conseruat quandiu digiti permanent paruitatem quam assumpserat: In quarto est intermittens: cuius debilitas in pulsando eo accedit, ut non solum decurtentur pulsus omnes, sed per interualla deficiat vnus: modo quidem per maiora, modo per minora interualla: Quinta est pulsus deficiens: in quo applicatis digitis sentitur pulsus, sed protinus ab applicatione singula pul-

fol. fationes non iam minuuntur, sed disparent, nec sentiuntur:
 postrema imbecillitas est, abolitus pulsus: ubi applicitis
 digitis, nec initio applicationis sentitur pulsatio. Cum ex-
 go procedente ethica ad summū accedit vis pulsifica im-
 becilitatis, memorat Gal. cū erasistato familiarē esse huic
 febrī pulsum decurtatum explicatum. ¶ Fol. 109. li. 1. in
 109 v. 3. li. 4. dicitur, Adde: nā rigere dicitur pars vel cor-
 pus, quod præ frigore moueri nō potest si sana est: in ægris
 verō rigor deductus à Greco σίγος rīgos quibusdā dicitur
 eadem immobilitas τένανος græcis tetanus, pluribus de con-
 cussione accessionum inter mittentium, quos Gal. sequitur.
 ¶ Fol. 111. li. 12. testimonio. Adde. 10. metho. 4. & 2. de causis
 synthomatū, nunquā exactum rigore validā scilicet con-
 112 cussientē fieri à crasso humore: & paulo infra dicēs. Fol. 112
 114 li. 24. in v. 1. l. 1. ¶ fol. 113. v. 1. li. 1. In margine. Cap. 3. ¶ Fol. 114
 118 v. li. 18. per cautio. l. præcautio. ¶ Fol. 118. li. 1. cauo. l. simo.
 nomine græco latino imo & græco Hispano nā sima & si-
 malla inde deducta videtur. v. li. 9. In margine. Cap. 3. li. 18
 breuis. l. breues. li. 19. in vbo. s. adde: utiliter autē adyiciūt
 Arabes, differre rigore tertianæ à cōsimilib. dupliciter. Pri-
 mo: quia in primis accessionibus vehementior est quā in po-
 sterioribus, contra quam euenit in quartana. Nec merito:
 Cum enim coctio reducat extremos humores in sanguinis
 mediocritatem, crassos tenuans, biliosos incrassans, fit vt po-
 steriores accessiones bilis, humore scilicet magis crassefcēte
 mansuetiorem rigorem asserant: in malancolia autem humo-
 re

re magis attenuato acriores. Alterum discrimē vltra dicta Galen. in quavis accessione tertianæ: rigor parum durat fere scilicet hora vna: & cum ab initio vigeat cito mitescit: ex reliquis humoribus diutius durat etiam ad horas tres, & ab exiguo initio sensim auctus tarde cessat. Videlicet, durat in crassis humoribus, quia lentor & crassities illorum, effectum rigoris prolongant: & quia tarde comunicatur sentientibus nervis in profundo sitis, sensim increfcit ad vigorem vsque: opposita autem in bile, faciūt vt cito vigeat, nec duret. ¶ Fol. 119. li. 14. expurgatur. Adde: Ar-
 119
 doris aut, vel inflammationis in exquisita tertiana effectus explicat. Aui. fere octo. Primus, Vigilia: citra capitis grauitatē secundus sitis vehemēs cū labiorū siccitate & scissura. Tertius, ira, amor solitudinis, cū odio locutionis, tū ppter angustia ex adusto vapore cōtractā tū ppter capitis dolorē qui a voce exacerbatur. Vnde etiā sequitur iactatio cū inquietudine, maxime defluēte bile ad os vētriculi Quartus, sepe dolor capitis & quāq; epatis. Quintus: luctuosa suspiria comunicata cordi vsta fuligine. Sextus: deliriu, ascendente sursum bilioso halitu. Septimus: alui durities ppter bilis motū sursum, & ad cutē. Octauus: vrina ignea flava. li. 22. alleuiat, l. alleuiat. v. li. 20. potuit. Adde: Cum tñ id experimē tū obuiet rationi, magnum est argumētū verā esse sententiā infra tradendā de causa periodorū in febribus. ¶ Fol. 120.
 120
 li. 6. aestatibus. l. etatib. li. 9. ruboris. l. roboris, quia scilicet min⁹ reliquis humoralibus vires debilitat et apud Auic. nā

§. li. 11. contento. adde: Num etiam ex falsa pituita oriatur Fol.
 causus, quod Hyp. 4. acutorū & ab eo reliqui cēsent. Dic ex
 Gal. 4. acut. 9. cum finitio notionalis causi fit, ardētissima fe
 bris cū inuincibili siti, vbi ambo ad sunt (vt in bile intra va
 sa cordi proxima aut inflāmata aut putrēte) simpliciter est
 causus: vbi aut bilis falsa in eisdē vasis putret, merito dici
 tur causas nothus: quia vnū ex duobus per quæ diffinitur
 causus habet, nēpe vrgentiissimā sitem, alterū nō habet, ardē
 tissimā scilicet febrē: nam idē Gal. cōmēto. 4. ait: falsa plus
 acribus siccare, licet minus calefaciant, cui videtur consenti
 re experimentū: licet Trallianus lib. 12. etiā sitim in causo no
 tho putet esse minorem q̄ in legitimo. Quod enim calor pau
 lo blādior sit in notho, ostendunt ex linguæ nigredine appa
 rente in legitimo, nō in notho: maxime cum Gal. cōmēto. 9.
 scribat humorē causi nothi esse natura sua frigidū, lentum,
 crassum. Cum aut pituita omnis quottidiano circūta moue
 atur, sicut sanguis nullo periodo (à quo etiā dixit aētuarus
 nōnunq̄ causum oriri, supra) sequitur occultas illas exacer
 bationes per tertiū, quas plurimi causis ascribunt, in solis le
 gitimis locū habere, nec mirū: cū nomē causi tantū importet
 duo illa dicta inditia, quæ his tribus differentis febrū cōue
 niūt, vel exquisita, vel nō exquisita: nō certū aliquē periodū.
 ¶ Fol. 122. li. 20. bilis. l. sitis. li. 14. eam est. adde sicut Hispania 122
 nū, peuide, de reumatizātibus alitibus, dedi. Elū videtur à la
 tino, pituitæ. §. li. hieme. adde: De quottidiana, addit au.
 p̄sajia duo. Primū: durat fere à 40. ad 60. dies, quare sin

Sol. gula tēpora lōga sunt: alterū, cū ad sit lōga & non citra peri-
 culū apud Gal. eā ait esse magis saluā, quæ ostendit humo-
 ris tenuitatem multo sudore & interuallis manifeste à fe-
 bre mundis. Nec obstat, quod nulla vacuatio initio morbi
 utilis est. 4. Aph. 21. quare nec sudor, quia in quavis acces-
 sione pugna est aduersus portionem aliquam humoris, quæ
 accessionis tempore coquitur, vt sudore commode pellatur.
 Inter signa autem addit nouē. Primū, naturalia cōsentien-
 tia, victum, naturam, ex Gal. 1. ad Glau. & 2. etatem, artē,
 consuetudinem, frequentes cruditates, & pituitosa omnia.
 2. Propter causas dictas sæpe incipit à syncope, ita vt nu-
 meretur inter syncopales febres. i. quibus iungitur syncope.
 3. In primis accessionibus febres sunt maiores q̄ progressu
 morbi. Auicena ait credere se causam esse, quoniā prius pu-
 ret portio pituitæ calida quā frigida: calidū autem ex na-
 tura quando putret, calidius euadit, quam quod natura frigi-
 dum est. Sed videtur certius asserere, id esse febribus oībus
 vniuersale: quoniā singulis accessionibus partes tenuiores &
 calidiores humoris noxi & sensibiliter & insensibiliter dis-
 sipātur: quare in processu egent ad curationē calidis, etiā fre-
 nitides, & tertianæ, & herysipelata, & inflāmatioēs nō solū
 morbi, à frigidiorē humore orti. 4. Propter obstrucliones
 succedentes ad lentū humoris & crassi motū tota accessionis
 duratiōe, tam initio & augmento, q̄ statu & declinatiōe
 vna vel altera hora stare videtur, inde redit ad ceptā decli-
 natiōē, vel augmentum. 5. modus rigoris variat pro spe-
 cie

cie pituitæ: natura dulcis fere in primis accessionibus, nec Fol
 frigus inducit, nec rigorẽ. i. nec frigoris sensum instar niuis,
 nec concussionem membrorũ manifestam: In salsa magis vi-
 situr rigor vel horror quam frigus: In acida (cuius species vi-
 trea est, crassior tãtum & frigidior infra 6.) multo maius
 frigus quam rigor. 6. Siue inuadat accessio à rigore, siue
 cum frigore, vtrumq; maximũ est in vigore morbi vniuer-
 sali, contra quã accidit in tertiana: humor enim tenuatus si-
 ue frigidus, siue calidus magis & concussionem inducit, &
 frigus corporis musculis, quod accidit crassis humorib; quar-
 tanæ & quotidianæ: sicut in bile vigor incrassans minuit ri-
 gorem bili ab initio perpetuam. Sed ea sententia in quarta-
 na recipienda est, in quotidiana statim disputabitur.
 7. Incipit à capitis grauitate, & saepe à sopore propter
 conscendẽtem frigidum vaporem, & quia incoctus est (quæ
 causa etiam in alijs humoribus locum habet) & quia natu-
 ra frigidus est, quod est huic feбри peculiare. 8. Licet,
 sit proprium huic feбри non sudare ante morbum coctũ: ve-
 rum cutis perpetuo lenta est & rorida præ copia humidivap-
 oris cuti communicati. 9. Tactus cutis primo attactu
 blandus, post acris apparet: dissidet tamen ab hectico, tum
 quia multam humiditatem tangenti offert: tum quia est inæ-
 qualis, quoniam per intervalia quasi rupta bulla ebullietis
 lentis (quod Galenus ait infra. 10.) mordet. Num vero recto
 ordine Auic. pituitosis febribus adiecerit duas syncopales, al-
 terã quam vocat humorosam, alterã minutam. Dic: cõmo-

Fol. diuis locantur à Galen. 12. Meth. non inter febrium differē-
 tias sed inter symptomata febrium: maxime, quia duæ ille
 syncopis differentiæ in nulla specie continentur, sed alia pe-
 culiaris est biliosis febribus, altera pituitosis. Num recte
 idem autor pituitosis annumeravit, diurnam & nocturnam.
 de quibus tradidit cū Hyp. Galenus. 1. epid. sec. tertia. cōm.
 2. & 4. videtur non culpandus: quoniam cum dicti authores
 de reliquis humoralibus aperte citato tradiderint, solas omit-
 tentes pituitosas, in quorum loco meminere de diurnis &
 nocturnis, eos illis nominibus quottidianas intellixisse vidē-
 tur: maxime quia non separant per certū periodū, sed per diē
 & noctem. Quod vero attinet ad prædictionem: cū utranq;
 censeant (ut pote quottidianas) nō vacare periculo, pericu-
 losiorem faciunt diurnam, & in signi & in causæ ratione:
 Quatenus signū quidem, quoniam malignitas humoris ostē-
 ditur, quia tenuatione & raritate quā dies inducit melio-
 rari non potuit, nec ab insultu impediri: addi potest etiam:
 quoniam improporcionale est pituitæ incipiente die inuade-
 re, sed ad noctem: improporcionalia autē omnia praua sunt.
 In ratione autem causæ: quoniam in diurna, noctu non in
 accessione cibandum est, & à cibo vigilandum: quare diu-
 tius durat morbus, & non raro in tabem præ longitudine
 cessat. Addit Auic. & quia diēi calor febrili accessioni incō-
 modat, noctis vero frigus interualli tepori. ¶ li. 7. in mar-
 gine. Adde. Cap. 5. ¶ Fol. 123. lin. 12. reddit. Adde: diffi-
 cultatem autem habent quædam ex dictis signis, maxime

rigor

rigor: num sit maior in quartana, quam in reliquis humo-
 ribus. Secundo num prope statum augeatur cum Alexandri-
 no. 6. Epid. secunda. 19. aut magis minuatur cum Hyp. eo
 loco asserente, rigores validos non ante statum mitescere.
 De primo: Galen. 6. Epid. citato, validi rigoris agnoscit spe-
 cies duas, quibus vulgus indit nomen validi: prima, in quo
 concussio vehemens est: altera in quo non est illa quidem ve-
 hemens, sed diuturna tamen: vocant Graeci αβερμαντον
 αβερμαντον, id est incalescibilis, quae ex vitrea pituita ori-
 tur propter insignem suam frigiditatem: nam prior ille ter-
 tianis & quartanis frequens est. Excusatur autem Gal. vul-
 gus appellans vehementem rigorem vitreae pituitae: eo quod
 deterior est ille in calefactibilis, licet mitior, altero valido
 sed cito cessante: sicut qui habet febrem in solis visceribus,
 magis dicitur febrere, quam qui in toto calet supra: eo quod
 deterius febricit. & qui difficultatem habet expergiscendi,
 licet longo tempore non dormiat, deterius egrotat quam qui
 prolixo sed facile expergescibili somno tenetur. Addit
 Galen. Melancoliam quandoque efficere rigorem validum
 in primo significato, quandoque in secundo, quandoque in
 utroque: videlicet, & tarde calefactibilem, & in concussio-
 nibus vehementem. Ex quo colligitur ad dubitationem rigo-
 ris inter quottidianam & quartanam. Nam constat ex dictis,
 quartanarios, vel utroque significato, vel altero tantum vali-
 de rigere, ex pituita vitrea in uno tantum, ex reliquis pituitae
 speciebus, vel non rigere laborantes, vel admodum exigue,
 sed

fol. sed magis modice refrigerari, nam licet aqua plusquā terra frigeat, verum ob crassitiem plurimum morantem & plurimum imprimentem magis refrigerat & lēdit musculos vapor malencolie quam pituitae. sicut aqua magis quam aēr humectat nos. Si autem conferatur rigor quartanae ad tertianam difficilius est: quoniam Galen. semper concedit primatum calori & bili, cum experientia maiora damna monstret in rigore quartanae. Videtur autem dicendū Galenū considerantē opera rigoris in se, id est celeritatem concussionum cum vehementia, merito pronunxiasse pro bile: quoniam autem effectus non solum sequuntur vehemenciam agentis causa, sed etiā moram, & qualitates, & multitudinem formae iuncta agentis, & vapor malencolie multo plus moratur in membranis tegentibus neruos, unde queruntur se sentire contractos & tegentibus ossa, unde ossa dolent, qualitate item vapor malencolie siccus est & densus, contrahens dolorifice membranas illas, ita vt nonnumquam propter maxillarum contractionem dentes cōminuantur; crassitie item sua oculis cōmunicata visum hebetēt: eo fit vt ferē maiora mala inferat quartanae rigor licet in se minor, quam tertiana: non aliter quā modicus ignis per moram in ligno, magis vrit quam maior in paleis. De secūdo cum doceat Hipp. citato, violentos rigores ante statum non mitescere: Gale. cum Alexandrino interpretantur in duplici specie validi rigoris incrementis (de his enim scribit Hippo.) duplex status significatum, validi enim

rigo.

rigores ab initio tertianis insunt: crescentes autem solis 761
quotidianis ex vitrea pituita, vel quartanis: & in quotidi-
anis quidem non cessat ingens frigus rigoris vitree, us-
que quo accessio procedat prope statum: quo tempore a ca-
lore sparso per corpus cessat: & hoc est non ante statum
mittescere, scilicet particularem: aliquando enim tota acces-
sione non cessat (quod proprie vocant *Hepialam*) in quo-
tidiana. Validus vero rigor increfcens in quartanis non ces-
sat ante statum scilicet vniuersalem: docete vtiliter Hyp.
quod quandiu quartanariis increfcunt rigores initia acces-
sionum, nondum morbus est in statu: sed quando post va-
lidos rigores sequitur mansuetudo illorum, status est.
Num autem augmentum illud rigoris in quartanariis li-
cet non indiset proximam solutionem, sit laudandum Alex-
andrinus constanter affirmat, dicens: artista letatur.
Optime autem videtur decernere Ras. 30. cont. autoritate
vigilantis: incipiente (ait) quartana malum esse validum
rigorem: & ostendere noxij humoris copiam: procedente
autem coctione rigoris augmentum laudandum esse, quo-
niam indicatur malencoliam naturae coctione & excalsa-
tam esse & attenuatam, ideo magis penetrantem vehe-
mentiores rigores inducere, & de quartana quidem rigore 761
ita vere diffinitum esse videtur. De pituita difficilis est, 761
num etiam in statu vniuersali rigores increfcunt: Auces-
enim capite de quotidiana dixit, & rigore & frigus quo- 761
sidiana in accessionibus status esse maximam: sed Galen. 761

Folia cum Alexandrino in sola quartana aperte recipiunt, non in quottidiana: & attestatur cum experientia ratio: cum enim pituita magis laedat frigore quam crassitie sua, accedente coctione, calefacta licet tenuior reddita minuet & rigorem. & frigus principij accessionū secus q̄ in atra. Addunt Arabes inter signa quartanæ: propterea quod vapor crassus non facile permeat ad cutem non abundare quartanam sudore similiter tertianæ. Secundo agnosendam esse materiam cuius vstionem sequuta est quartana per signa admixta præcedētis humoris: Tertio, urinam variare per varietatem acti humoris: post coctionem autem sepe apparere nigram, morbum soluentem. Depulsu autē cap. De tertiana dictum est. v. lin. 8. in margine. Adde: cap. 6. li. 19. extra. Adde: non enim oportet propterea quod dantur malignæ quædam febres in quibus propter visceris inflammationem, vel calidi innati penuriam, exteriora frigent visceribus ardentibus & siticulosis, ideo dari etiā oppositam febris constitutionem in qua exteriora urantur interiora frigeant: cum fons febrilis caloris in medio corporis situs sit. In Hepiala autem per uniuersam corpus permixtus sensus est & caloris & frigoris.

125 ¶ Fol. 125. lin. 13. mali, lego natali, item inuidentem. l. inua-
 126 dentem. ver. lin. 6. circuitur. l. circuitu. ¶ Fol. 126. lin. 7.
 oppugnat. l. oppugnant. v. li. 3. esse. l. est. lin. 1. In margi-
 128 ne. Adde: Cap. 7. ¶ Fol. 28. v. li. 11. aut. l. eadem. ¶ Fol. 43.
 143 li. 14. oppositam, l. oppositam. v. li. 12. causa. l. causa. ibi

¶ Fol. 145. v. li. 5. ingemiscit, adde: forte aut potissima causa febrilis rigoris in intermittentibus est, sensatio dolorifica musculorum à frigore sparsi per corpus vaporis morbifici: ad eum. n. dolor sequitur duplex illa & continua musculorum omnium convulsio. Id quod fiet admodum vero simile, si reducamus ad memoriam primo: non accidere sensibilem hunc rigorem quam materia febris continetur in vasis, à quibus necessario aliquem actualem suscipit calorem: sed locis remotis à corde & magnis vasis, frigidioribusque. Deinde: si secundo considerauerimus quo modo humor omni dempto sanguine licet calidus ut bilis potentiali tantum calore caleat: destituatur aut etiam in totum actuali natiuo, quamdiu omnino crudus est, & nulla parte euictus & obtectus ab eo: id quod apparet manifestum in lachrymis ophthalmicorum, etiam à calido humore laborantium, attestante experientia cum *Are. 31. prob. 33.* Præterea, in sudore febricitantium lætaliter dispositorum, teste itidem experientia cum *Hyp. 4. apho. 37.* utraque. n. ad tactum frigida sentiuntur. Tertio si meminerim quo modo initio accessionum omnes inuadat sopor propter frigiditatem vaporis communicati cerebro ab agitato humore, ob congregantem innatum calorem: Is sopor cum perpetuus sit omni accessioni incipienti, in malignis febribus inuincibilis est, ex experientia cum *Hyp. 2. pror. 29.* simul & quod per lumbos, dorsum, & dorsalem incipit & infestat, eadem experientia, & *Hyp. monstrantibus. 5. apho. 69.* Ex his tribus vere suppositis fit admodum vero simile, omnem rigorem febriliu accessionum fieri ex comunicata frigiditate crudi humoris neque victi à natura: dum agitur, omnibus corporis muscu

Fol. lis simulcū cerebro & dorsali: non secus quam si muscoli oēs frigida aspergerentur. Eo maxime quod omnes quærūtur sentire se internam frigiditatē: licet aliqui cum similitudine pungentium spinarum, aliqui quasi accedētis niuosæ aquæ. Cum enim in locis à corde & magnis vasis distantibus agitatur humor, vapor ille instar lachrymarum, obthalmici toti cōmunicatur in frigidās corpus, vnde tristitia & grauitas oritur: obscitationes, & pandiculationes, lumborum dolor, & sopor: sicut enim in senectate refrigerante totius corporis habitum maxime patiuntur cerebrū & nerui, frigida scilicet mēbra: ita accedente toti corpori vapore refrigerante & morbifico, par est credere maxime offendi & refrigerari caput cum dorsali: de quibus duobus mēbris potissimū rigentes quærūtur, & quibus locis remedia admouentur in valido rigore. Cum primū autem dorsalis afficitur, necessario coafficiūtur origines neruorū ad totius corporis musculos corruatæ: muscoli vero ita affectus & intro aspersi magis quam si frigida externa aspergerētur, cōuelluntur omnes: vnde sequitur in mādibulis & totius corporis musculis inæqualis ille, vehemēs, & inuolūtarius motus, dictus rigor: nō aliter quā in epilepsia, affecto similiter cerebro à cōmunicato noxio & in frigidate vapore, sequitur cōcussio similis in corporis musculis inuoluntaria & vehemēs. Nō obstat huic sententiæ: quod vulgo asseritur in epilepsia cōcussiones illas totius sequi ad concussum cerebrū ex sensata noxia, vel vaporis, l. humoris, sicut cōcussio trūco tremūt arboris stolonēs & folia: quæ cōcussio in dorsali vnde nerui in corpus prodeunt

deunt, locū nō habet, quoniā dorsalis non mouetur. Nō obstat Fol.
 (in q̄) quoniā in neutro casu est vera similitudo: nā in cōuulsi-
 one (quod ostēsum est secūdo artis) nō cōtrahitur nervus nec
 originēs eorū, cum sint flexuosi & molles, sed solū ligamentū
 durū & intentū cōuellitur, tā in epilepsia, q̄ in rigore febrili:
 videlicet cōtrahētibus se vilis musculorū lōgis ligamētalibus,
 ad excutionē noxæ sensatæ, postq̄ est cōmunicata musculis à
 cerebro, vel dorsali per nervos eo delatos: alias enim collū &
 caput maxime cōtraherētur: quod nō accidit. Nō obstat sc̄do:
 quod in epilepsia modo vna pars musculoſa contrahitur reli-
 quis immotis, modo alia: in rigore aut̄ oēs, quoniā in epilepsia
 mera frigiditas aut deleteria qualitas tardius cōmunicatur,
 modo huic parti per neruū, modo illi: in rigore aut̄ febrili pro-
 pter maiorē & magis continuā actionē caloris agitātis, oībus
 musculis accedit noxia frigiditas, quousq̄ incalescēte præ fe-
 bre corpore extinguitur inducta frigiditas, succedēte imodico
 calore. Non obstat tertio: qđ in apoplexia orta à simili causa,
 & à simili principio, nēpe ab affecto cerebro, nō visuntur illæ
 cōuulsiones: cum oporteat à causa maiore magis cōmunicari
 noxiā frigiditatē per nervos musculis: quoniā apopletici pere-
 unt similiter his, qui pereunt in morbi maximi principio pro-
 pterea quod tātoperē succūbit natura magnitudini causa, vt
 anteq̄ exurgat ad pugnā pereat suffocata, citra pugnā initiā
 te adhuc morbo: quare in tali morbo cerebrū cū neruis patiun-
 tur quidē sed tātoperē grauātur, vt accingi ad pugnā non au-
 deant, sed suicumbant: conuelli autem, pugnare neruo est.


Non

Fol. Non obstat quarto quod quidā rigētū magis vidētur quæri de calore & spinis pungētibus: quia omnis humor crudus (quod ostensum est) actualē habet frigiditatē, quæ lædit, & quæ taētū nostro sentitur: si tñ causa morbifica potestate calida est, ut bilis, deducta ad actū caloris nostri mixtione & motu etiā tactui representat calorē pungētē & mordentē: sicut piper frigidū sumptū, postquam in corpore actū incaluit. Quæ omnia cū sint vero simillima, faciunt suasibilissimas causas rigoris & febris dictas: videlicet ut prima frigiditas extremorum & liuor exangiū partiū naris & vnguiū oriatur à deficiēte in illis calore natiuo sanguinis & spiritūū, propter aceruatū vniuersum ad viscera, sicut in dormiētibus: nisi quod hic propter maiorē necessitatē maior est & magis conferta reuocatio: sequens vero rigor oriatur à refrigerante musculos vapore, ppter aggressum indoctæ naturæ certis legibus agitātis: febris vero sequatur ad vnionē calidi in corde & vehementē motū conflictantis cum humore naturæ: sicut dormiens scdm viscera calidior est. 6. epid. sect. 4. 14. nisi quod hic pro magnitudine reuocationis maioris, & iūctæ pugne cū morbifico humore magna ex parte, vel inflāmato, vel putrēte, multo vehementior est calor, quem febrē vocāt. ¶ Fol. 151. li. 7. exhalarint adde 3. & 9. ¶ Fol. 152. v. li. 2. apparet. l. appareat. li. 11. essent: adde, cum sint fidelia artis. 83. ¶ Fol. 153. li. 24. requeritur. l. requiritur. ¶ Fol. 154. ii. 24. operā il. oportet. ¶ Fol. 155. v. li. 6. declinationem. l. declinatione. ¶ Fol. 156. h. 2. peiore. l. priore.

Laus Deo.



200



LIBRERIA
DE
FERR

Sala R

Gab.

Est.

Tab. 13

N.º 18